

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum**

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.  
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus  
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot  
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Primam & Secundam  
complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit, Cum iudicibus ...

**Gerhard, Johann  
Chemnitz, Martin  
Leyser, Polycarp**

**Hamburgi, MDCCIII**

**VD18 90617789**

Caput CLXII. Christus Discipulos De Praeservatione Ad Novissimum Suum  
Adventum Informat.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18162**

## CAPUT CLXII.

CHRISTUS DISCIPULOS DE PRÆSERVATIONE AD  
NOVISSIMUM SUUM ADVENTUM INFORMAT. MATTH. 24. V. 37.

MARC. 13. V. 33. LUC. 21. V. 34.

## RATIO ORDINIS.

**V**erbis Christi, quod de die & hora novissimi adventus nemo noverit, nec Angeli caelorum, nec filius, sed solus Pater, subjungitur apud Matthæum. Sicut autem erant dies Noë, ita quoque erit adventus filii hominis.

Vigilate ergo, quia nescitis, quâ horâ Dominus vester venturus sit. Apud Marcum. Cavete, vigilate & orate, nescitis enim quando tempus sit. Lucas verba illa, quod nemo noverit diem judicii, prætermisit, nihil tamen minus prophetiæ de cœli ac terræ præteritione, eique oppositâ verborum Christi æternâ duratione, similem exhortationem subjicit. Cavete, ne corda vestra graventur crapulâ & ebrietate & curis hujus vitæ, subitusque vobis ingruat dies ille. Vigilate itaque omni tempore deprecantes, &c. Omnes igitur in eo consentiunt, quod prædicti Christi de novissimo suo adventu, ejusdemque signis, immediatè subjungenda sit seria exhortatio ad vigilantiam & preces, quibus ad novissimum illum adventum dignè nos præparemus. Eandem connexionis seriem probat particula illativa & apud Matthæum, per quam hæc exhortatio ad vigilantiam ex præcedentibus deducitur, itemque particula ratiocinativa & apud Marcum, per quam ratio exhortationis ad vigilantiam hæc affertur, quia nesciamus, quando tempus sit scilicet novissimi illius adventus, de quo in præcedentibus fuit actum. Potest autem hæc connexionis series de multis utiliter nos monere. 1. Christus hæc tenus de novissimo suo adventu, ejusdemque signis tunc communibus & remotis, tunc propriis & immediatè connexis latè egerat, ne quis verò existimaret, hæc omnia ad nudam theoriam pertinere, ut subtilibus quæstionibus de Natura & qualitate istorum signorum nos invicem exerceamus, ideo statim subjungit hujus doctrinæ usum ac salutarem praxin, quod tota hæc doctrina de signis novissimi adventus eo referri debeat, ut per veram poenitentiam ac perpetuam vigilantiam ad illum nos quotidie præparemus. Ut enim totius Theologiæ finis non est nuda cognitio, sed *πράξις*, ita quoque hanc doctrinæ cœlestis partem ad usum transferendam esse Christus hac suâ exhortatione ostendere voluit. 2. Dixerat Christus, de die & hora judicii nulli hominum quicquam, sive ex notitia naturali, sive ex revelatione supernaturali constare; quibus verbis cum immediatè subjungat gravissimam exhortationem ad vigilantiam, eo ipso ostendit, quid causâ sit, propter quam diem illam & horam Deus omnibus hominibus voluerit esse occultam & absconditam, nimirum ut singulis horis, imò momentis reditum Christi ad judicium expectent, in perpetuis excubiis versentur, & ad unum illum diem omnibus vitæ diebus sese præparent. Gregor. homil. 13. in Evang. *Horam ultimam Dominus noster*

Harm. Tom. II. vel Gerhardi Contin. pars prim.

idcirco voluit nobis esse incognitam, ut semper possit esse suspecta, ut dum illam prævidere non possumus, ad illam sine intermissione præparemur. Quod si certum ac determinatum novissimi adventus tempus hominibus esset præcognitum, plurimi hac præcognitione ad carnalem securitatem abuterentur, ac postquam toto vitæ tempore in delitiis vixissent, suo ingenio securè indulgissent, sub ultimam demum vel judicii vel mortis horam, poenitentiam seram agerent, quæ cum rarò sit vera & seria, semetipsos præsentissimo salutis periculo exponerent. Propter quas igitur causas diem & horam mortis unicuique hominum Deus occultam esse voluit, propter easdem etiam diem & horam judicii ab illorum notitia abscondit, quia tunc unicuique venit dies ille judicii, cum venerit ei dies mortis, ut talis hinc exeat, qualis est judicandus illo die, ac per hoc vigilare debet omnis Christianus, ne imparatum inveniat eum Domini adventus. *Imparatum autem inveniet ille dies, quem imparatum invenerit suæ vitæ hujus ultimus dies, ut rectè monet Augustinus Epistol. 80. ad Hefychium. 3. Præmonuerat Christus discipulos, ne de tempore & momento novissimi sui adventus nimis scrupulosè inquirerent, cum ne Angelis quidem in cœlo illius notitia competat. Nequis verò hac præmonitione abutatur ad negligentiam & securitatem, quâ mundi delitiis sese tradat, ac de judicii die parùm cogitet, ideo statim addit exhortationem ad sollicitudinem & vigilantiam. Nimirum incertos nos esse voluit de die judicii, non tamen desidiosos & incautos; curiositatem reprimere voluit, non autem omnem omnino timorem animis nostris excutere; sic ergo de die judicii scrupulosos nos esse noluit, ut interim singulis horis, imò momentis ad eum expectandum intentos nos esse jussit. 4. Apud Matthæum negaverat diem & horam judicii præcise & in specie ab ullo hominum præcisci posse. Ne quis verò ex eo colligeret, nullâ planè ratione propinquitatem illius diei cognosci posse, ideo generali quodam signo tempus illud describit, videlicet ex supina hominum securitate, quod venturus sit eo tempore, quo homines minimè putabunt, sed voluptatibus carnalibus securè indulgebunt, perinde ut tempore Noë hominibus securè lascivientibus & nihil tale cogitantibus diluvium olim supervenit. 5. Noverat Christus circa finem mundi venturos *empetias ambulantes juxta proprias concupiscentias & dicentes, ubi est promissio adventus ejus?* 2. Petr. 3. vers. 3. & 4. illis opponit exemplum diluvii, in quo totum genus humanum, paucis duntaxat exceptis, fuit aquis deletum, quod manifestè ostendit non esse absurdum vel impossibile existimandum,*

Tit 2 securu-

secuturam aliquando mundi per ignem destructionem & universale omnium hominum iudicium, quo ferè modo etiam Petrus illuforibus iustis universalem illum cataclysmum opponit v. 5. & 6. Sic ergo exemplo præteritorum & Christus & Petrus fidem confirmant futurorum. 6. Eodem diluvii exemplo Christus probat, homines ante mundi finem proximè victuros suam impietatem & securitatem haud impunè laturus, cum illos etiam Deus diluvio perdidit, qui ante legem solenniter promulgatam & repetitam peccaverunt. Quò enim uberior est tempore Novi Testamenti Dei gratia in verbo Evangelii hominibus oblata, eò gravior contemptoribus & securis peccatoribus impendet pœna. Quare cum juxta prædictionem Christi in præcedentibus annotatam, circa finem mundi iniquitas maximum acceptura sit incrementum, contra vero caritas ferè prorsus extinguenda, ideò Christus addit eandem quoque securitatem pœnam, quæ antediluvianis hominibus iusto Dei iudicio obtigit. 7. Apud Lucam hæc observari potest connexionis ratio. Christus in præcedentibus terribilia novissimi diei signa enumeraverat, congruum igitur erat, ut jam porrò ostenderet, quâ ratione adversus terrorem illum nos munire possimus ac debeamus, ne ullum ab hoc die nobis metuendum sit nocumentum, videlicet si in perpetuo Dei timore & vigilantia vivamus. 8. Apud eundem Evangelistam Christus diem ju-

dicii suavissimâ appellatione vocaverat *diem redemptionis*, in quâ pii, & plenariam liberationem & regni cœlestis possessionem sperare debeant, proinde etiam iusserat eos *respicere, & capita sua attollere*, i. e. lato & quieto animo diem illum expectare. Quia verò carnales homines hac consolatione faciliè abutuntur, ideò jam porrò ostendit, ad quos illa consolatio propriè pertineat, videlicet non ad securos & impios, qui crapulæ & ebrietati sunt dediti, ac curis hujus vitæ penitus immerfi, sed ad illos, qui *vigilant & orant, ut digni reddantur effugere illa omnia, quæ ventura sunt & stare ante Filium hominis*. 9. Denique quia in præcedentibus Christus dixerat, *de die illa & hora nemo scire, nec Angelos in cælo, nec Filium, sed solum Patrem*, ideò ne quis suspicaretur, ipsum absolute & simpliciter, etiam ut Filium Dei sive secundum divinam Naturam diem iudicii ignorare, certum illius signum, videlicet supinam hominum securitatem in medium adducit, ex quo faciliè apparet, ipsum etiam ut hominem per divinam omniscientiam in primo conceptionis momento personaliter sibi communicatam diem & horam iudicii scire potuisse, nisi seipsum sponte plenario divinæ omniscientiæ usu exinanivisset & formam servi, adeoque etiam ignorantiam illam diei novissimi omnibus hominibus communem voluntariè assumisset. Hanc connexionis rationem affert Chrysof. homil. 78, in Matth.

INFORMATIO CHRISTI, QVO MODO AD NOVISSIMUM IPSIUS ADVENTUM PII SESE PRÆPARARE DEBEANT.

MATTH. 24.

- |   |  |
|---|--|
| 37. Ὡσπερ ἦν ἡμέρα τῆς Νῶε, ἕως ἔσται, ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου.  | 37. Sed sicut erant dies Noe, ita & erit adventus filii hominis.   |
| 38. Ὡσπερ ἦν ἡμέρα τῆς Νῶε, ἕως ἔσται, ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου. ὡς ἦσαν οἱ ἄνθρωποι τῶν ἡμερῶν τῆς κατακλιῆς, ἕως ἔσται, ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου. ἕως ἔσται, ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου. ἕως ἔσται, ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου. | 38. Sicut enim erant in diebus, qui præcesserunt diluvium, edentes & bibentes, contrahentes matrimonium & nuptium dantes, usq. ad eum diem, quo intravit Noe in arcam. |
| 39. Καὶ οἷον ἔγνωσαν, ἕως ἦλθεν ὁ κατακλιῆς, καὶ ἦρεν ἀπαντας: ἕως ἔσται, ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου. ἕως ἔσται, ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου.  | 39. Et non cognoverunt, donec venisset diluvium & sustulisset universos: ita erit & adventus Filii hominis.  |
| 40. Τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ. ὁ εἷς παραλαμβανέται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται.   | 40. Tunc duo erunt in agro, unus assumitur & alter relinquitur.  |
| 41. Δύο ἀλθίσονται ἐν τῷ μύλῳ, μία ὡραλαμβανέται, καὶ μία ἀφίεται.  | 41. Duæ molentes in mola, una assumitur & altera relinquitur.  |
| 42. Γρηγορεῖτε, ὅτι οἷον οἴδατε, πῶς ὡρα ὁ κύριος ὑμῶν ἐρχεῖται.  | 42. Vigilate ergo, quia nescitis, quâ hora Dominus vester veniet.  |
| 43. Ἐκεῖνο ἢ γινώσκετε, ὅτι εἰ ἦδὲ ὁ οἰκοδεσπότης πῶς φυλακῆς ὁ κλέπτης ἐρχεῖται, ἐγρηγόρησεν ἂν καὶ οἷον αὐτῶν εἴασσε διαφυλάττειν τὴν οἰκίαν αὐτῶν.   | 43. Illud autem scitote, quod si scisset paterfamilias, quâ vigiliâ sur venturus fuisset, vigilasset utiq. & non fuisset perditus domum suam.                          |
| 44. Διὰ τῆς ἡμέρας γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι ἡ ὡρα ἐσθίεται, ὁ υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχεῖται.   | 44. Ideo & vos estote parati, quia hora eâ, quâ non putatis; Filius hominis venturus est.  |
| 45. Τίς ἀρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δούλος καὶ φρόνιμος, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος ἀπὸ τῆς θραπέας αὐτοῦ, ἵνα δίδῃ αὐτοῖς τὴν τροφήν ἐν καιρῷ;  | 45. Quisnam est fidelis servus & prudens, quem præcicit dominus famulatio suo, ut det illis cibum in tempore?  |
| 46. Μακάριος ὁ δούλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εὖρησάκει πᾶντα ἕως.   | 46. Beatus servus ille, quem cum venerit, dominus ejus invenierit facientem sic.   |
| 47. Ἀμὲν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὅτι πᾶσι τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ καταστήσεται αὐτὸν.  | 47. Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.  |
| 48. Ἐάν τις εἴπῃ ὁ κακὸς δούλος ἐκεῖνος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ὁ κύριος αὐτοῦ καὶ εὖρησάκει αὐτὸν.  | 48. Quod si dixerit malus servus ille in corde suo, Cum veniet dominus meus venire.  |
| 49. Καὶ ἀρξήσεται τυπτεῖν τοὺς σκλάβους, ἐσθίειν καὶ πίνειν μεθ' αὐτῶν.   | 49. Caperitq. percutere servos, imò edere & bibere cum ebrius.   |

50. 48

50. Ἡ δὲ ὁ κύριος ἔδραμα ἐκείναι ἐν ἡμέραις, ἧς ἔσονται δοκίμας, καὶ ἐν ἡμέραις, ἧς ἔσονται κρίσεις.  
 51. Καὶ διχοτομήσει αὐτοὺς, καὶ μέριμνα αὐτῶν μὴ ἔσονται ἰσότητος, ἐκείνους δὲ κλαυθμῶς καὶ ὄρυγμος τῶν ὀδόντων.

50. Veniet dominus servi illius in die, quo non expectat & horam, quam ignorat.  
 51. Et dissecabit eum, partemque ejus cum hypocritis ponet. Illic erit ploratus & stridor dentium.

MARC. 13.

33. Βλέπετε, ἀγρυπνεῖτε, καὶ οὐκ οἴδατε ὅταν ἔλθῃ ὁ κύριος.  
 34. Ὅς ἀνθρώπος ἀποδημῶν ἀφείκει τὴν οἰκίαν αὐτῆς καὶ δίδωμι δούλους αὐτῆς ἐξέστειλεν καὶ ἕκαστῶν ἕνεκεν ἔδραμα αὐτῆς, καὶ τῷ θυρωρῶν ἐνετείλατο, ἵνα γρηγορῇ.  
 35. Γρηγορεῖτε ἔτι, οὐκ οἴδατε ὅταν ἔλθῃ ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἐρχεται, ὁ ψεῦδος, ἢ μεσονυκτίαις, ἢ ἀλεξοφωαῖαις, ἢ ὀψιῖς.  
 36. Μὴ ἐλθὼν ἐξαίφνης, ὡς ἡ δούλη κατέδουκεν.  
 37. Ἄ ὑμῖν λέγω, πάντες λέγω, γρηγορεῖτε.

33. Cavete, vigilate & orate, nescitis enim quando tempus sit.  
 34. Sicut homo, qui peregrinè agit reliquit domo suâ deditque servis suis potestatem ac cuiusque opus suum & janitori mandavit, ut vigilaret.  
 35. Vigilare igitur (nescitis enim quando dominus domus venturus sit, sero, an medio noctis, an in gallicis, an in diluculo.)  
 36. Ne si venerit repente, offendat vos dormientes.  
 37. Ceterum quae dico vobis, omnibus dico, Vigilare.

LUC. 21.

34. Προσεχετε ἑαυτοῖς μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραυγαῖς καὶ μεθύσει καὶ μελίμναις βιασταῖς, καὶ αἰφνιδίῳ ἔσῃ ὑμᾶς ὄπισθεν ἡ ἡμέρα ἐκείνη.  
 35. Ὅς παγὶς ὅταν ἐπιβῆσιν ἐπὶ πάντας οὐδὲ καθημέριον ἔσονται πᾶσι πᾶσι τῆς γῆς.  
 36. Ἀγρυπνεῖτε ἔτι ἐν παντί, καὶ οὐκ οἴδατε ὅταν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὡς ἡ δούλη κατέδουκεν, καὶ οὐκ οἴδατε ὅταν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὡς ἡ δούλη κατέδουκεν.

34. Cavete autem vobis, ne quando graventur corda vestra crapulâ & ebrietate & curis hujus vitæ, subitusque vobis ingruat dies ille.  
 35. Tanquam laqueus enim superveniet in omnes, qui seident super faciem totius terræ.  
 36. Vigilare itaque, omni tempore, deprecantes, ut liceat vobis effugere ista omnia, quæ futura sunt & stare ante Filium hominis.

DE COAGMENTATIONE HUIUS IN-  
FORMATIONIS.

Oslander & alii ipsum secuti verba Matthæi, *Sed sicut enim dies Noæ, ita & erit adventus Filii hominis*, primo loco in Harmonia ponunt, ac principalem istorum scopum statuunt eum, quod Christus generali quadam notatione tempus adventus sui describere voluerit, videlicet, ex adjuncta hominum securitate, quæ ut olim diluvii, ita quoque novissimis temporibus universalis excidii signum sit futura; quodque iisdem immotam prædictionis suæ de fine seculi certitudinem confirmare voluerit. Et sanè ex connexion horum verborum cum præcedentibus apud Matthæum colligi potest, secundario & minus principaliter ad utrumque istum scopum ea referri posse, interim quia Christus ipse seriam suam exhortationem ad vigilantiam per particulam illativam ἐν, apud ipsum quoque Matthæum ex verbis illis colligit, ex eo manifestum est, primum & principalem hujus collationis inter tempora antediluviana & novissima scopum esse eum, quod Christus docere voluerit, novissimum suum, adventum æquè inopinatum ac repentinum fore, ut olim diluvium istius seculi hominibus securis & luxuriantibus obtigit. Concinnius igitur verba Christi apud Lucam, quibus à crapula & ebrietate ac curis hujus vitæ nos dehortatur, primo loco ponere, iisdemque αἰτιολογικῶς collationem temporum antediluvianorum ac novissimorum subjicere, quippe quæ continet gravissimam rationem, quare à securitate & luxurie circa finem mundi vel

maximè invaliturâ abstinere debeamus, videlicet ne repentinus nos opprimat interitus, sicut tempore diluvii primi illius seculi hominibus contigit. Quidam ea, quæ Lucas c. 12. v. 42. de fidei ac prudente dispensatore, ac c. 17. v. 26. de collatione novissimorum temporum cum diebus Noæ ac Lothi, ut & v. 35. ac 36. de duobus in agro constitutis, quorum unus assumitur, alter relinquitur, itemque de duabus in una moletrina occupatis, quarum una assumitur, altera relinquitur, recitat, ad hunc locum referunt, cum sint illis, quæ apud Matthæum hic leguntur, planè parallela. Existimant igitur, Lucam eadem posthabitâ temporis ratione ex occasione duntaxat isthuc loci commemorare & propterea hoc loco ea prætermittere, quæ etiam Calvinus in Harmonia est sententia. Sed quia utrobique alia commemoratur occasio, ex qua Christus in hunc sermonem devenit, ac quia non est absurdum, Christum diversis locis & temporibus ea, quæ maximè necessaria, aliquoties discipulis suis inculcare voluisse, ideò cum Euthymio statuiamus, Christum diversis temporibus id ipsum discipulis proposuisse. Parabolam de homine peregrinè abeunte ac servis suis vigilantiam injungente, quam recitat Marcus, quidam præponunt exhortationi, *Vigilate*; sed quia ipse Marcus exhortationem parabolæ illi præponit, ideò non est, quod ab hac serie discedamus. Manifestum est, exhortationem illam exprimeret scopum, ad quem tota illa parabola est directâ.

Harm. Tom. II. vel Gerhard. Contin. pars prim.





oportet, sint lumbi ipsorum praecincti & lucernae ardentes ac sint similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis Luc. 12. v. 35. & 36. 4. Armati incedebant. Exod. 13. v. 18. Filii Israel ascenderunt  $\text{דִּימָה}$  ex Aegypto. Vox Hebraea variè ab interpp. redditur. R. D. Kimchi refert ad armaturam, ut sit sensus, quod ad quintam usque costam armis sese texerint, quia  $\text{שׁוּמְרֵי}$  est pars corporis humani sub quinque costis nothis, quam vocant hypochondria 2. Sam. 2. v. 23. 2. Sam. 3. v. 27. Quamvis verò rationem hujus versionis Lutherus in marg. notis improbet, versionem ipsam tamen non repudiavit, unde ipse quoque reddidit *gerüstet* / secutus hac in parte non solum Interpretem Latinum, sed etiam Aquilam & Symmachum, qui reddiderunt  $\text{ἐνοπλισμένοι}$  ac  $\text{καθ'οπλισμένοι}$ , cum quo ferè congruit, quod Masius in Josuam p. 31. explicat per *succinctos lumbis baltheo* scilicet militari  $\text{ἐν ὅπλοις}$  ut verterunt LXX. Jos. 1. v. 14. Pari ratione in vera ad novissimam liberationem praeparatione requiritur à piis  $\text{παινοπλία}$  &  $\text{θεὸς}$  spiritualis armatura Eph. 6. vers. 14. & seqq. descripta videlicet ut sint *succincti lumbos in veritate, induti lorica misericordiae, calceati pedes in praeparationem Evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei & galeam salutis ac gladium Spiritus, quod est verbum Dei, assumentes.* Ejusmodi namque armaturam in hac praeparatione requiri, docet Apostolus 1. Thess. 5. v. 4. & seqq. ubi postquam docuerat diem Domini venturum instar furis nocturni, subjungit: *Vos autem fratres non estis in tenebris, ut nos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filii lucis estis & diei, non sumus noctis nec tenebrarum.* Igitur non dormiamus sicut ceteri, sed vigilemus & sobrii simus. *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem, qui diei sumus, sobrii simus, induti loricae fidei & caritatis & galeam spem salutis.* Enibi apostolus non solum vigilantiam & sobrietatem, sed etiam spiritualem armaturam à piis requirit, nisi velint repentino novissimi diei adventu opprimi. Hac omnia etiam Christus in praesente pericope à fidelibus requirit, in qua eos informat, quomodo ad novissimum ipsius adventum sese praeparare debeant. Nimirum requirit ab ipsis 1. ut *vigilent*, id quod tribus distinctis vicibus apud Marcum repetit, ut rem maxime seriam agi intelligamus. 2. ut ex fide orent. 3. ut reditum Domini sui sollicitè instar fidorum fervorum expectent, ac 4. ut spiritualibus armis adversus mala impendentia sese muniant. Quemadmodum enim Paulus Ephes. 6. v. 13. dicit: *Accipite armaturam DEI, ut possitis resistere in die malo & omnibus perfectis stare:* ita Christus in hac pericope dicit: *Vigilate, omni tempore deprecantes, ut liceat vobis effugere ista omnia, quae futurum sunt, & stare ante Filium hominis, ex quibus Christi verbis admonitio Apostolica videtur deducta, ut mutua collatio ostendit. Summa igitur hujus totius pericopes in eo consistit, quod Christus Apostolos suos & in eorum persona omnes fideles informare voluerit, quomodo ad novissimum suum adventum & instantem diem liberationis sese praeparare debeant. Partes ejus sunt duae; Prior est  $\text{δοκίμασις}$ , dehortatoria, in qua Christus serio nos dehortatur ab illis, quae dignae ad diem judicii praeparationi adversantur; posterior  $\text{ἐπιμνηστικὴ}$ , exhortatoria, in qua Christus graviter*

nos exhortatur ad ea, quae necessario ad dignam praeparationem requiruntur.

Prior pars continet 1. *propositionem* sive ipsam dehortationem. 2. *dehortationis rationem*. 3. *rationis amplificationem* sive uberiores explicationem. 1. *Propositio* dehortatoria haec est: *Cavete autem vobis, ne corda vestra graventur crapula & ebrietate & curis hujus vitae, προσέχετε* est attendere, *animum adhibere*, ut subintelligatur  $\text{τὸν νῦν}$  vel  $\text{τὴν γνώμην προσέχετε}$ . *Includit in sua significatione diligens & attentum quoddam studium in rem aliquam ac singularem quandam animi attentionem* Matt. 7. v. 15. c. 16. v. 6. Luc. 12. v. 1. Act. 8. v. 6. c. 20. v. 28. & c. Omnes illae significationes huic loco congruunt. Christus enim hoc verbo requirit: 1. ut fideles hanc dehortationem attentè audiant, eamque imis sensibus reponant. 2. ut summo studio devitent illa vitia, quae hoc loco recensentur. 3. ut sibi ipsis suae salutis consulant, diligenter cavendo ea, quae dignae ad judicium praeparationi adversantur. Syrus illud  $\text{προσέχετε}$  vertit  $\text{וְהִשָּׁרְתֶּם}$  *componefacti & admoniti à me, diligenter cavete, quia  $\text{וְהִשָּׁרְתֶּם}$  splenduit, metaphoricè usurpatur pro admonuit, qui enim admonetur, illius mens salutari admonitione illuminatur, ac emphaticè addit, *Cavete animabus vestris, hoc est, vobismetipsis.* Sic ergo haec dehortatio Christi est argumentum caecitatis & oscitantiae nobis omnibus innatae, cui Christus per eam mederi voluit. *Cavete, ne corda vestra graventur crapula & ebrietate & curis hujus vitae, μη ὥστε, ne quando, vel ne ullo unquam tempore haec vitia vobis dominantur.* Syrus  $\text{לֹא תִמְתְּמוּ}$  quod respondet Hebraeorum  $\text{לֹא תִמְתְּמוּ}$  ne in seculum, per totam vestram vitam hoc fiat.  $\text{Μηποτε}$   $\text{Ἐαρυνθῶσιν ἐν κραυπάλῃ}$  praepositio  $\text{ἐν}$  redundat ex usitato Hebraismo, quo  $\text{ἐν}$  superfluum Thren. 1. v. 17. Os. 13. vers. 9. & c. Tria autem enumerat vitia, quae praeparationi ad judicium obsistunt, ac proinde ab omnibus fidelibus summo studio vult caveri.*

Primum est  $\text{κραυπάλη}$ , ex quo nomen Latinum *crapula* videtur deductum,  $\text{κραυπάλη}$  proprie significat  $\text{τὴν ἐξ ὄνης βλάβην τῆς κεφαλῆς}$  *gravedinem capitis ex nimia vini ingurgitatione obortam*, quae caput quasi vibratu quodam concutitur, dicitur enim  $\text{ἀκαρὰ}$  caput &  $\text{πάλη}$  concutere, unde Suidas definit  $\text{τὸν ἐκ πολλῆς οἰνώσεως παλμὸν}$ . Quia verò hic dolor & vibratus non statim post ingurgitationem sensibus adhuc vino consopitis ac quasi sepultis sentitur, inde  $\text{κραυπάλην}$  quidam definiunt *ebrietatem ex pridiano die, τὴν ἐξ ἑωθίνης μέθην*, dolorem  $\text{ἀπὸ χυθίης οἰνοποιίας}$ , ut Scholiastes Aristophanis describit. In hac significatione verbo  $\text{κραυπαλώω}$  usus est Plato in Sympol.  $\text{κραυπαλώων ἐστὶ ἐκ τῆς προτεραιῆς}$  *gravedinem adhuc sentiens ex pridiana comotatione.* Deinde significat  $\text{τὸ νέφος ἐκ πολλῆς οἰνώσεως}$  *caliginem illam, quae mens & sensus ex nimio vini usu obfuscantur, Plutarch. in praeept. sanit. κραυπάλη τὴν κραυπάλην ἐξελόντας*, quo sensu etiam Latini dicunt, *edormire crapulam, discutere crapulam*, unde Galenus in Comment. aphorism. Hippocrat. monet, quemcunque noxam ex vino factam Graecis vocari *crapulam*. Hanc propriam vocis significationem quidam retinent ac proinde in verbis

Christi statuunt figuram ἐπιδαδύο, *Cavete, ne corda vestra graventur crapulâ & ebrietate*, hoc est, crapulâ ex ebrietate ortâ, vel ebrietate, quæ ex se crapulam parit. Ideo enim Christus ab ebrietate fideles suos dehortatur, quia illa exilium mentis inducit, spirituales cogitationes impedit ac sensus omnes obfuscat, à quo pernicioso effectu vitium illud propterea describere voluit. Sed præstat metonymicam hujus verbi significationem, quâ pro nimia cibi potusvè ingurgitatione, ex qua deinde crapula tanquam effectus oritur, quod quando significat *vino dementari* & κραυπάλαν enim quando significat *vino dementari* & ἐν μέθῃ ἀτακτῆν καὶ ἀλαζονεῦσθαι, ac κραυπολόκιμος ὄχλος apud Aristoph. in Ranis est turba, quæ ebria ac vino gravata comessatur ac bacchatur. In hac significatione usurpatur etiam à LXX. Interrpp. Psal. 77. v. 71. ὡς διατὸς κραυπαλῆως ἐξ ὄνου, ubi in Hebræo est נַרְוָה quod significat *præ lætitiâ exclamare*, ut solent facere ebrii Esa. 29. v. 9. κραυπαλῆσατε, ubi in Hebræo est כַּשׁ, quod alibi reddiderunt per μέθυ Gen. 9. v. 21. cap. 43. v. 34. Deut. 32. v. 42. &c. ac μέθυσκῆν Jer. 51. v. 7. Habac. 2. v. 15. ebrius fuit. Syrus hoc loco κραυπαλήν vertit per נַחֲמִיּוֹתָא quæ vox à Græcis mutuò acceptâ & ex voce ἀσωτία Ephes. 5. v. 18. transformata respondet Hebræo נַחֲמִיּוֹתָא *comessatio*, ut notat Tremellius in h. l. Quia verò κραυπαλή à μέθῃ, per quam proprie ebrietas ex nimia vini ingurgitatione orta intelligitur, hoc loco distinguitur, ideò per κραυπαλήν synecdochicè acceptam significatur *nimia cibi ingestio*, quando quis non ad necessitatem, sed voluptatem & nimiam saturitatem cibo corpus suum suffarcinat, Wann sich ein Mensch einwurstet sicut etiam Lutherus reddidit mit Fressen; quò pulcrè referri potest, quod Hebraum נַחֲמִיּוֹתָא quo significatur *homo vorator & comessator* in paraphrasi Chaldaica redditur per נַחֲמִיּוֹתָא à ἀσωτος *decoctor, lurco* Prov. 23. v. 21. & à potatore distinguitur Deut. 21. v. 19. uti etiam Prov. 23. v. 20. ubi emphaticè additur כַּשׁ נַחֲמִיּוֹתָא vorator carnis ein Fleischfresser ubi per carnem συνεκδοχικῶς quivis cibi delicati nimia aviditate & copiâ ingestio intelligitur. Primum ergo vitium, à quo Christus hoc loco nos dehortatur, est *nimia cibi ingestio*, quâ cor hominis gravatur. Alterum est μέθῃ ebrietas, *nimia potus ingestio*, vinolentia, dicitur enim à μέθυ, quod à Poetis pro vino usurpatur. Utrumque deducitur à verbo μέθημι, eò quod vinum immoderatè assumptum reddat homines μέθημονας *negligentes*, eodemque uti μέθιονται εἰς εὐφροσύνην καὶ ἀνεσις, quam etymologiae utriusque rationem affert Eustachius Rom. 13. v. 13. Gal. 5. v. 21. κῶμοι καὶ μέθαι conjunguntur, sicut hoc loco κραυπαλή καὶ μέθῃ, ubi itidem per κῶμος *nimia cibi*, per μέθαι autem *nimia vini*, vel alterius potus inebriativè ingurgitatio intelligitur. LXX. utuntur pro כַּשׁ Prov. 20. v. 1. cap. 31. v. 6. Esa. 18. v. 7. &c. à rad. כַּשׁ *inebriatus, remulentus* fuit Joel. 1. v. 5. bibentes vinum εἰς μέθην, sed illud in Hebræo non habetur. Tertium sunt μεριμναὶ βιωτικῆς, *cura hujus vitæ*. τὸ βιωτικὸν dicitur, quod ad vitam sustentandam & victum conquiendum pertinet, inde 1. Cor. 6. 4. *judicia βιωτικὰ* dicuntur, quæ habentur de rebus ad hujus vitæ usum pertinentibus. Syrus appellat נַחֲמִיּוֹתָא *anxiam hujus seculi sollicitudinem*, Basilus & Chrysostomus homines βιωτικῶς vocant *seculares*, qui hujus vitæ

curis & negotiis toti sunt immerfi. Ergo curæ βιωτικῆς sunt, quæ de rebus ad hanc vitam pertinentibus suscipiuntur, videlicet de parando victu, amictu & aliis ad vitam necessariis, de acquirendis honoribus & divitiis, adeoque de rebus ad hanc vitam vel sustentandam vel ornandam pertinentibus, vel acquirendis vel servandis, vel augendis, quia βίος non solum *victum*, sed etiam *vitam*, ac omnia, quæ ad hanc vitam pertinent, significat. Matth. 6. v. 25. μεριμναὶ βιωτικῆς sic describuntur; μή μεριμναίητε, ne sitis solliciti anima vestra, quid manducetis, neque corpori vestro, quibus induamini. v. 28. de vestimentis quid solliciti estis? v. 31. nolite solliciti esse, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, quo operiemur? v. 32. hæc enim omnia gentes inquirunt. Basilus in ἀσκητῶ. πᾶσα μεριμναὶ καὶ μηδὲν ἐχρῆν δοκῆ τῶν ἀπηνγορευμένων μὴ συντελῆθῆναι πρὸς θεοσεβῆσαν βιωτικῆν ἐστὶν, etiam si nihil eorum, quod prohibitum sit, habere videatur, tamen nisi ad pietatem conferat, secularis est. Neque vero Christus absolūtè & simpliciter prohibet, de victu & amictu ac rebus ad hujus vitæ sustentationem necessariis cogitationes aliquas suscipere, dum enim in hac vita sumus, διατροφῆ καὶ σκεπάσματα nobis sunt necessaria. 1. Tim. 6. v. 8. ac proinde etiam de illis honestè parandis cogitare non est illicitum, quinimò qui suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit & est infidelis deterior. 1. Tim. 5. v. 8. nequam igitur iudicandum, Christum debita patrumfamilias officia & moderatam necessariorum ad hujus vitæ sustentationem curam prohibere. Sed de ejusmodi curis loquitur, quibus cor gravetur. Cavete, inquit, ne corda vestra graventur crapulâ & ebrietate & curis hujus vitæ. Tum verò curis illis cor gravatur, quando animus nimio opere terrenis ac mundanis rebus est intentus, quando cor hominis negotiis secularibus ita est implicatum & immersum, ut non elevetur ad cogitanda cælestia, quando homo de corporis potius, quam animæ salute est sollicitus, &c. Quamvis verò in sequentibus demum verbis Christus hujus dehortationis suæ rationem disertis verbis exprimat, tamen in hac ipsa dehortatione latent duo efficacia persuadendi argumenta. Prius est *speciale*, ad vitium ebrietatis duntaxat pertinens, quia cum ebrietate conjuncta est κραυπαλή, hoc est, ebrietas menti & sensibus ligninem obducit, caput vibratu quodam concutit, adeò ut ex ebrietate pridiana multa mala etiam postero die manent reliqua, videlicet dolor & grævedo capitis, eructatio, foedus anhelitus, patpor membrorum & omnium sensuum, &c. unde Chrysost. homil. de verbis Apostoli, Modico vino utere, &c. ebrietatem pulcherrimè vocat δαίμονα αὐθαίρετον, *Dæmonem voluntarium*, sive ut Seneca Epist. 83. loquitur, *voluntariam insaniam*. Posterius est *generale* ad omnia vitia à Christo hinc prohibita pertinens, quia crapulâ, ebrietate & curis hujus vitæ cor gravatur. Quod crapula & ebrietas cor gravent, in proptulo est, quia venter nimio cibo ac potu distentus animam hominis Ævina particulam aure affigit humi, ut Poeta loquitur, ut non possit homo ad spiritualia ac cælestia contemplanda cor suum, h. e. animum ac mentem elevare, quin imò cor hominis non solum gravatur crapulâ & ebrietate præsentè, ut in profundum soporem per eam immergatur & rebus gerendis prorsus sit ineptus, sed etiam quando corpus

corpus ab ea liberari incipit, gravedo illa adhuc superstes manet, frequentiore enim crapulā animus hominis redditur stupidus, ac totus homo voluptatum cœno ita immergitur, ut non possit ad contemplanda ac desideranda cœlestia cor suum elevare, sed carnis desideria & præsentis vitæ delicias unice sectetur. Quòd curis hujus vitæ cor gravetur, itidem experientiâ teste comprobatur. Qui enim secularibus hujusmodi curis sunt impliciti, terrenis unice sunt affixi, ac mens illorum ita oppressa est ac demersa, ut nec locum nec tempus inveniat de rebus cœlestibus ac salute animæ cogitandi. *Curæ seculares gravant hominum corda, animum absorbent, mentemque demergunt*, ait Euthymius in cap. 21. Lucæ, ac nihil cor equè grave facit, quàm ad ea, quæ ad hanc vitam pertinent, affectio & terræ affixio esse, inquit Præceptor Euthymii Chrysof. in Psal. 4. Atque ex eo jam apparet, quare Christus tam sollicitum à crapula & ebrietate, tum à curis hujus vitæ cor gravantibus nos dehortari voluerit. Ab omnibus omninò vitiis tum omni tempore, tum vel maximè imminente novissimi adventus tempore, abstinentium, interim horum in specie vitiorum mentionem facere voluit. 1. quia præparationi ad iudicium necessariæ directè sunt opposita. Ad salutarem illam præparationem vel maximè requiritur *vigilantia*, ad quam insequenti membro Christus nos exhortaturus erat, meritò igitur ab illis, quæ vigilantiam impediunt, primò omnium nos revocare voluit. Nihil verò vigilantiam magis inimicum, quàm crapula, ebrietas & curæ hujus vitæ, quibus corda nostra gravantur. Sicut gravedo corporis somnolentiam parit ac vigiliam corporalem impedit: sic gravedo cordis ab enumeratis istis vitiis orta non finit hominem spiritualiter vigilare. De crapula & ebrietate dicitur Osee 4. vers. 11. *Vinum & mustum immodicè assumtum auferunt cor*, at sublato corde, hoc est, propriis mentis actionibus quomodo vigilantiam cordis locum ampliùs habere poterit? Prov. 23. vers. 34. inter cætera argumenta, quibus Rex sapiens animia vini ingurgitatione hominem dehortatur etiam hoc affert, *eris sicut dormiens in medio mari & quasi qui dormit in summitate mali navis*, vers. 35, & dices: *Verberaverunt me, sed non dolui, percusserunt me, & ego non sensi. Quando evigilabo, adjiciam & queram illud ampliùs.* Utique ergo ebrietas spirituales quandam ἀνεπιτηδειαν introducit ac πωροστυν quandam mentis secum affert vigilantiam spirituali directè oppositam. Esa. 5. vers. 11. homines ebriosi sic describuntur: *Vae qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam & potandum usque ad vesperam, ut vino estuctis*, v. 12. *Cithara & tympanum & tibia & vinum in conviviis vestris & opus Domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis.* Utique ergo ebrietas mentis oculos claudit, ac impedit, quò minus ad opus Domini respectus habeatur, ideò Basilius in homil. de ebriet. rectè confert ebrios idolis gentium, quæ oculos habent & non vident; aures habent & non audiunt; os habent & non loquuntur, pedes habent & non ambulant. Psal. 115. v. 5. & seqq. Ut enim aqua ignem extinguit, ita vinum rationem ac consequenter vigiliam spirituales. *Vigilemus & sobrii simus*, ait Paulus 1. Theff. 5. vers. 6. *Sobrii estote & vigilate*, inquit Petrus 1. Epist. 5. v. 8. quasi diceret, nisi sobrii si-

tis, vigilare non poteritis. Quinimò *visus vigilare & sobrius esse* significat, quia ebrietati cum somno & sobrietati cum vigilantia maxima est cognatio. De curis hujus vitæ dicit Apostolus 1. Tim. 6. vers. 9. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem & laqueum & desideria multa, inutilia & noxia, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.* Quemadmodum avicula laqueo alligata non potest liberè in sublime evolare: sic cor hominis laqueo terrenarum curarum constrictum non potest ad meditando cœlestia sese elevare. Sicut grande saxum pedibus hominis alligatum demergit ipsum in profundum aquæ: sic desideria carnalia demergunt hominem in exitium. Gregor. lib. 5. moral. cap. 6. *Nequaquam mens ad superna attollitur, curarum tumultibus continè in infimis occupatur.* Ut enim cura & desiderium æternæ vitæ cor in cœlum elevat, ita curæ perituræ hujus vitæ illud deprimunt & terræ affigunt. Pari ratione ad præparationem requiruntur preces, jam verò crapula & ebrietas devotas preces ex corde profectas impediunt. *visitate eis tas ποσειδωνας* inquit Petrus 1. Epist. 4. v. 7. *Sobrii estote ad preces.* q. d. nisi sobrii sitis, non poteritis devotè & ardentè precari. *Oratio est mentis ad Deum ascensio*, inquit Damasc. lib. 3. orth. fid. cap. 24. at quando mens vino immerfa & sepulta, quomodo ad Deum poterit ascendere? *Oratio est conversatio, sermocinatioque cum Deo*, ait Gregor. Nyssen. de orat. p. 7. Atqui ab ebriorum conversatione & colloquio sobrii homines abhorrent, quantò minus Deus eâ delectabitur. Easdem preces impediunt curæ hujus seculi. Quisquis enim thesauris in terra colligendis inhiat, non potest cor suum per devotionem ac preces ad verum in cœlo thesaurum elevare Matth. 6. v. 19. & 20. Hilaris in Psal. 53. scribit: *Despiciuntur orationes leves, dissidentes, inutiles, seculi curis anxie & corporaliū rerum desideriis implicata.* Gregor. part. 1. curæ pastor. cap. 4. *Cum mens, plusquam necesse est, se exterioribus implicat, quasi occupata in itinere, obliviscitur ire, quò tendebat, ut etiam in c. 1. Cant. duplicem statuit ebrietatem vini, & curarum hujus seculi, quarum utraque precibus inimica est & mentis exilium inducit, quia per curas seculares mens ita inebriatur, ut ad invisibilia cognoscenda aut extoto aut penè insensibilis reddatur.* 2. quia sunt aliorum vitiorum origo & causa. Ebrietas habet universalem influentiam ad omnes generis peccata. Prov. 23. v. 23. *Cui rixæ, cui sine causa vulnera?* v. 30. *nonne his, qui vinum sectantur & student calicibus epotandis?* vers. 33. *oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur perversa.* Ephes. 5. v. 18. *ἐν τῷ μεθύσειν* est ἀσωτία vitæ morumque dissolutio, quod Scholia Græca sic interpretantur. Ebrietas facit *δουλώδεις καὶ ἀποροφάλας ἢ πρὸς ἀσέλγησαν ἐπιπέπεις.* Basilius in homil. de ebriet. dicit. *ebrietatem esse malitiæ matrem, & omnis virtutis inimicam, quæ fortem virum reddat ignavum, ex temperante faciat lascivum, justitiam ignoret, prudentiam extinguat.* Ambros. lib. de Elia & jejun. cap. 16. *Ebrietas est fomentum libidinis, incensivum insanie, venenum insipientiæ per hanc homines vocem amittunt, colore variantur, oculis ignescunt, ore anbelant, fremunt naribus, in furore ardescunt.* Sicut in paludibus nascuntur serpentes, sanguisuga, rana & diversa genera vermium. Sic in cordibus ebriosorum, quæ nihil aliud



liud sunt, quam vini paludes, omnis generis vitia nascuntur. August. serm. 231. de temp. Ex ebrietate proximus gradus est ad libidines, quia venter mero est uans cito desumat in libidinem, quâ cor non minus, quam ipsâ crapulâ gravatur. Breviter, tot vitiorum causa est ebrietas, ut is qui Paradisi arcanorum auditor exiit, eam extra regnum Dei collocarit, inquit Ildor. Pelusio- ta lib. 1. Epist. 279. De curis hujus seculi sive avaritia testatur Apostolus, quod sit omnium malorum radix, 1. Tim. 6. v. 10. quia ut ex radice varii pullulant rami, sic ex avaritia omnis generis peccata. Divitiæ conferuntur spinis Matt. 13. v. 22. quia apud divites, & homines curis hujus seculi immerfos, plerun- que est abundantia variorum peccatorum, sicut sub spi- nis copiosè habitant bufones, serpentes, & alia venenata insecta. 3. quia circa finem mundi maximè sunt invalidura. Hanc causam insinuat Christus ipse, quando tempora finem mundi proximè antecessura paulò post cum temporibus Noë sive ante dilu- vianis confert. Crapula & ebrietas sunt carnalis se- curitatis cum evidentia signa, cum suavis nutricula. Jam verò ante mundi finem securitas cataclysmi in- star totum mundum obruet 1. Thess. 5. 3. Cum dixe- rint pax & securitas, tunc repentinus eis superveniet inter- itus. Cum Philistæi in conviviis & comestationibus exultarent, ruinâ domus subito opprimebantur Jud. 16. 25. Cum Balthasar Rex in convivio cum Ducibus suis strenuè potaret, vidit manum è parie- te egredientem & regni divisionem per occultam Scripturam denunciantem; eademque nocte in- terfectus est Dan. 5. v. 1. & 30. sic hominibus securè agentibus & heluantibus extremum mundi super- veniet excidium. Quemadmodum homo morti vicinus interdum avidissimè cibum appetit: sic quando finis seculi in propinquo erit, homines vo- ranti & potandi cupiditati indulgebunt. Seculares curæ itidem arguunt animum securum & salutis negligentem. Cœlestia negligit, qui terrena ni- mis avidè concupiscit. Quemadmodum avaritia plerunquè cum homine crescit, per quam fit, ut quo minus via restat, eò plus vitici homo stolidè querat; sic cum ætate mundi avaritia incrementum sumere videtur, per quam fit, ut quò anno sior est mundus, eò magis ametur; quò propinquior est interitus, eò magis de bonis illius conquerendis homines præ- polterè sint solitici. Prædixerat Christus circa finem mundi futurum, ut iniquitas abundet, caritas verò refrigescat, Matth. 24. v. 12. hæc caritatis extinctio oriatur ex avaritia, quæ nullâ proximi ratione ha- bitâ sua tantum commoda sectatur. 4. quia præ reliquis vitis sunt cum primis homini noxia. Crapula & ebrietas non solum corpori, sed etiam animæ hominis maximum afferunt nocumentum, excu- tiunt gratiosam Spiritus Sancti inhabitationem & Diabolo patefaciunt aditum. Ubi ebrietas, il- lic Diabolus, ubi saturitas, illic Demones cho- reas agunt, inquit Chrysost. homil. 57. ad popul. Antioch. Idem judicium de curis hujus seculi, quæ spinarum instar fructificationem verbi cœlestis il- lius feminis impediunt, atque efficiunt, ut pro Spiritu Dei accipiat homo Spiritum mundi 1. Cor. 2. vers. 11. sicque cor ipsius à Deo aversum fiat Dia- boli habitaculum: Vite hujus curæ, crapula item & ebrietas, homini intellectum adimunt, fidem ob- securant, & earum rerum, quæ sunt utiles & ne- cessaria, oblivionem inducunt, inquit Titus Bostro-

rum Episcopus in cap. 2. 1. Luc. Nostrium igitur est 1. paternam hanc Christi admonitionem memori mente tenere, tales ac tantas escas assumere, quibus non oneretur corpus nec libertas anima prægravetur, Hieron. lib. 2. contra Jovin. cap. 6. ac diligenter prospicere, ne curis hujus seculi cor nostrum grave- tur. Deus ipse pro nobis sollicitus est, proinde nulla nos cogit necessitas propter curas hujus vitæ cœle- stia bona negligere. 2. mundo ebrietati & curis hujus vitæ penitus immerso nequaquam nos conformare Rom. 12. 2. nec insistere spaciose via, quæ ad perditionem ducit, sed per angustiâ portam intrare Matt. 7. v. 13. 3. cordis potissimam rationem habere, quippe quod sedes virtutum ac vitiorum, & ex quo cum bona tum mala procedunt Matt. 12. 34. c. 15, 19. Potuisset Christus dicere: Cavete, ne corpora vestra graventur crapulâ, sed maluit dicere, Cavete, ne corda vestra graventur crapulâ & curis hujus vitæ, ut ostenderet, De- um cor potissimum respicere 1. Sam. 16. 7. 4. veram ebrietatis & avaritiæ definitionem à Christo hic traditam observare. Mundus ebrietatem definire solet omnium sensuum privatione, quando nec ma- nus nec pedes suum amplius possunt facere officium; avari- tiam definire solet, quando proximo per vim & media illicita facultates eripiuntur; sed Christus hoc loco docet crapulam & ebrietatem coram Deo reputari, quando cor cibo ac potu ita gravatur, ut non possit liberè cœlestia meditari, avaritiam coram Dei judicio aestimari, quando cor hujus seculi curis gravatur, ut non possit ad desiderium cœle- stium assurgere. 5. maximum periculum illis, qui crapulâ & ebrietati vel curis hujus seculi obnoxii sunt, quotidie impendere. Nisi maximum hic subef- set periculum, Christus per verbum *meses esse* non tam seridè ad attentionem nos excitasset. Multi hic devorant, quod apud in ferros tandem digerant. Ad sinistram enim Christi judicis statuentur, quos in crapula & ebrietate vel curis hujus vitæ dies novi- simus deprehendet. Cœlum & terra transibunt, sed hoc verbum Christi non tranlibit, verum judi- cabit homines in die novissimo Joh. 12. v. 48. Quod A- postolis dixit; qui ad hæc vitia non fuere propensi, illud nobis omnibus in ipso persona dictum voluit Marc. 13. v. 37. quippe quos in hac effœta & extrema mundi senectute ad hæc vitia plus iusto propensos fore prænovit.

2. Ratio, quam dehortationi suæ Christus subjun- git, hæc est, ne subitus nobis ingruat dies ille. Quidam Codd. legunt *à Quidius nominaliter*, quidam verò *à Quidius adverbialiter*, sed res eodem redit. Ex su- perioribus *ἡνὶ* repetendum *μη ποτε Cavete*, ne corda vestra graventur crapulâ & superveniat vobis repente dies ille, hoc est, ita ut occupet vos ex im- proviso & inopinatè dies ille, puta novissimi adven- tus & extremi judicii, de illo enim die in hac tota pericope præcipuè loquitur. Verbum *ἡνὶ* signifi- cat, quod dies illa ex improvise superventurus sit hominibus crapulâ & curis hujus vitæ immer- sis, ipsis nihil tale cogitantibus, in qua signifi- catione verbum hoc usurpatur Luc. 2. vers. 9. cap. 20. vers. 1. Act. 4. vers. 1. Atque hæc ratio opti- mè deducitur ex præcedentibus. Dixerat Chri- stus apud Matthæum & Marcum, de die illa & ho- râ neminem scire, nec Angelos celorum, nec Filium hominis, sed solum Patrem; ex eo facile intelligitur, adventum Christi fore repentinum & inexpectatum,

statum, quippe ejus tempus nulli hominum prius cognitum ac revelatum. Observandum igitur 1. propter hanc novissimi diei conditionem, quod præter opinionem & expectationem hominum ingruet, ipsum meritò postea conferri *furi* ex improvise parietes ædium perfodienti ac *doloribus partus* ex inopinato puerperam opprimentibus 1. Theff. 5. ver. 2. & 3. In genere quidem paterfamilias novit furem noctu solere irrumperere, sed quâ horâ quove momento noctis venturus sit, illud præscire haudquaquam potest. Fœmina uterum gerens *ἀγένη παρὰ τῆς* præscire potest tempus partus appropinquare, sed diem & horam, quâ dolores partus eam comprehensuri sint, prævidere omninò nequit. Sic ex signis à Christo hactenus enumeratis, in genere præscire possumus, diem novissimum in propinquo esse, sed certum tempus & horam præscire seire haudquaquam possumus. 2. Maximum proinde etiam hoc nomine impendere periculum illis, qui crapulæ & curis hujus vitæ addicti. Cùm enim illorum corda voluptatum & curarum mundanarum pondere sint gravata, ideò non possunt ea sursum elevare, adventum illum novissimum perpetuò expectare & ad eum quotidie se se parare. Quare cùm dies novissimus illos inveniet imparatos, præsentissimo exitio involventur, sicut paulò post similitudine laquei aves capientis id ipsum declarat. 3. Christum denuò de die novissimo sic loqui cum Apostolis, ac si ipsimet vitam in terris tamdiu exacturi sint, donec ingruat, nimirum ut ad perpetuam vigilantiam eò efficacius ipsos exhortetur. Hieronym. in cap. 24. Matth. *Noluit Apostolis hunc diem adventus sui manifestare; ut pendula expectationis incerti semper eum crederent esse venturum, quem ignorabant, quando esset venturus.*

3. Rationis amplificatio, ac uberior explicatio petitur 1. à laquei similitudine & comparatione. *Tanquam laqueus enim superveniet in omnes, qui sedent super faciem totius terræ, πᾶσις* significat tùm laqueum, qui in terram depangitur ad capiendas feras, tùm avium decipulam significat, ut ostendit Budæus. Prioris exemplum occurrit Sirac. 27. ver. 20. posterioris Psalm. 123. v. 6. Prov. 7. v. 23. Eccles. 9. v. 12. LXX. utuntur pro *ῥῆμα* quod significat rem quamcunque, qua aves vel feræ capiuntur Psal. 17. v. 6. Psal. 63. v. 5. Prov. 6. v. 2. &c. unde *ῥῆμα* reddunt tùm per *ἰζευτήν aucupem* Amos 3. v. 5. tùm per *ῥῆμα venatore* Psal. 90. v. 3. Syrus habet nomen *צפרות* quod itidem generale est significans rete, quo vel aves vel feræ illaqueantur. Potest igitur esse metaphora ducta vel à *ferarum* vel ab *avicularum* captura, quarum utraque laqueis & retibus peragitur. Cùm ea confert Christus novissimi diei adventum. *Tanquam laqueus, inquit, superveniet. Syrus repetit verbum צפרות illaqueabit & involvet omnes, qui sedent super faciem terræ.* Theophylactus in cap. 21. Luc. mysterium quærit in voce *sedent*. *Hos, inquit, illaqueabit dies ille, qui in otio & absque sollicitudine versantur. Illi enim sunt, qui sedent & illaqueantur, at qui operantur & activi sunt & sobrii in operatione boni, ferunturque in omne bonum, non sedent, nec quiescunt, sed surgunt hinc, & dicunt sibi: Surge & ambula, quia non est tibi hic requies, & patriam meliorem inquirunt, hinc*

*non erit dies ille laqueus, sed dies festinus.* Alii mysterium quarunt in voce *terra*, ut per *sedentes super faciem terræ*, intelligantur, qui terrenis rebus sunt affixi ac dediti, in quos dies superveniet inopinatò & cum maximo eorum malo, non autem in illos qui in sublime volant, hoc est, quorum *conversatio est in caelis* Philip. 3. v. 20. Res ipsa quidem certa est, videlicet securis & impiis diem istum fore instar laquei exitio eos involventis, non autem piis & fidelibus, qui ad Domini adventum quotidie sese præpararunt, interim ex phrasi illud colligi non potest. *Sedere* enim hic est habitare, Jud. 4. v. 5. Prov. 21. ver. 9. Zach. 9. ver. 6. &c. cùm sedere & habitare uno eodemque verbo *ישב* apud Hebræos exprimat, ac *ἰσθῆτον τῆς γῆς* nihil aliud est, quàm quod Hebræi vocant *ישב על פני הארץ* ut sic *sedere super faciem terræ*, sit idem, quod habitare super terram, quo sensu hæc phrasis accipitur Esa. 24. ver. 17. Apoc. 14. v. 6. Quod autem Christus generaliter dicit, diem illum laquei instar venturum *in omnes*, qui sedent super faciem totius terræ, ac duplici nota universalitatis utitur, illud fit propterea, quod plerique omnes, quos laquei instar dies iste concludet & exitio involvet, futuri sint securi, quodque ipsis etiam piis repentinus diei illius adventus sit futurus. Ostendit igitur Christus hac similitudine 1. studium carnalium voluptatum & securitatem circa finem sæculi invalitaram. Quemadmodum enim aves suaviter cantillant, ac securè grana legunt, antequam laqueo capiuntur; quemadmodum feræ suaviter pascuntur cibus à venatore appositis, antequam illaqueantur: sic infernalis venator circa finem mundi rete voluptatis expandet, ad quod homines hujus sæculi cupidè advolabunt, fruentur delitiis mundanis, per voluptates velut amœna prata liberè ambulabunt, ut in sequentibus Christus ipse eò nos deducit. 2. diem novissimum ex improvise & inopinato hominibus superventurum. Quemadmodum laqueo ac reti furtivèposito tùm bestiarum aves improvidæ capiuntur, quia nihil minus metuunt, quàm laqueum esca suppositum, sed de esca suavitate sibi gratulantur: sic hominibus securis nihil tale cogitantibus ingruet dies novissimus, quo veluti laqueo concludentur ac captos sese sentient, priusquam laqueum præviderint. 3. eundem extremam perniciem securis allaturum. Aves & feræ, quæ laqueo capiuntur, ita restrictæ tenentur, ut non possint evadere vel sese extricare, quæ enim laqueo tenentur, insolubiliter teneri videntur: sic quando dies novissimus securos atque impios instar laquei comprehendit, tum nulla effugii ac salutis spes illis supererit, sicut Paulus 1. Theff. 5. v. 3. ex hac similitudine particulam illam deducit: *Repentinus ois superveniet interitus, & non effugient.* Interdum quædam aviculæ reti captæ dimittuntur liberæ, quod accommodari possent piis, quibus dies novissimus non erit laqueus vel dies constrictionis, sed dies liberationis; interim aviculæ ipsæ reti ac laqueo conclusæ non possunt se ex periculo liberare, sed ad necem omnes restrictæ harent. Sic ergo Christus hac similitudine tùm spiritualis veterni circa diem novissimum invalituræ altitudinem, tùm horæ adventus sui incertitudinem, tùm periculi securis & voluptuosis hominibus imminentis magnitudinem pulcherrimè declarat. Videtur

Videntur autem hujus similitudinis vestigia etiam in V. T. extare, Pl. 10. v. 6. *Pluet Dominus super peccatores laqueos, ignem & sulphur & Spiritus procellarum pars calicis eorum.* Eccles. 9. v. 12. *Nescit homo tempus suum, sed sicut pisces capiuntur hamo & aves laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis ex templo supervenerit.* Esa. 24. v. 17. *Formido & sivea & laqueus super te, qui habitator es terra.* Ac Paulus in Novo Testamento ex hac similitudine duxisse videtur, quod 1. Thess. 5. v. 3. scribit, *repentinus illis superveniet interitus, & non effugient,* quodque 1. Tim. 6. v. 9. dicit, *eos, qui volunt fieri divites, hoc est, quorum corda gravantur curis hujus vitæ, incidere in tentationes & laqueos.* Nostrum est diem adventus singulis momentis expectare, ne ex improvise ingruat, nosque imparatos inveniat, ne sit nobis dies laquei, sed gaudii, Cant. 4. v. 7. *Sponsa Christi tribuuntur oculi columbarum.* Quando columba in agris grana legit, identidem in altum elevat oculos, ne ex improvise accipiter superveniat, vel laqueus eam concludat: sic fidelis anima Christi sponsa subinde in cælum respicit, ex quo Salvatorem suum expectat Phil. 3. v. 21. *terrenis quidem uritur, non tamen corde suo illis adhæret, sed oculos cordis sui subinde ad Deum elevat, ne dies novissimus instar laquei superveniat.* *Tempus breve est,* inquit Apostolus 1. Cor. 7. v. 29. quæ verba quidam ex veteribus de propinquitate novissimi diei accipiunt, ut sit sensus, parum temporis ad judicium restat, ideoque cœlestium non terrenorum studium esse suspiciendum. *Qui ergo habent uxores, sint tanquam non habentes, qui sent, tanquam non sententes; qui gaudent, tanquam non gaudentes; qui emunt, tanquam non possidentes; & qui utuntur hoc mundo, tanquam non abutantur, præterit enim figura hujus mundi.* Qui verò prætermisâ illa Apostoli admonitione terrenis corde suo penitus sunt affixi, illis dies judicii tanquam laqueus superveniet & inexplicabili exitio eos involvet.

2. *A temporum novissimorum cum antediluvianis collatione, Sicut enim erant dies Noe, ita & erit adventus filii hominis.* Per dies Noæ *μεσανυμικῶς* intelliguntur ea, quæ temporibus, quibus Noa vixit & docuit, contigerunt, ut sit sensus, eundem fore statum temporum novissimorum, qui fuit antediluvianorum, eosdem fore hominum mores, eadem vitia utrobique regnatura, sic enim non solum Lucas exponit cap. 17. v. 26. *Sicut factum est in diebus Noe, ita erit etiam in diebus filii hominis, sed etiam Christus ipse apud Matthæum immediate subjiciens: Sicut enim erant in diebus, qui præcesserunt diluvium, &c. inde vulgata versio sensum potius quam verba respiciens etiam hoc loco sic reddidit: sicut erat in diebus Noe, &c. Quemadmodum aliàs usitatum est, tempora denominari à Regibus, qui imperio tum fuere potiti, sic Christus tempora illa, quibus Noahus vixit ac docuit, vocat *dies* sive tempora Noæ, quia Noahum vidit Deus justum in illa generatione, hoc est, inter homines illius temporis Gen. 7. v. 1. ipse quoque fuit præco justitiae 2. Pet. 2. v. 5. ac veluti secundus Adam totius humani generis patens post diluvium; quin & ipsum Deus miraculose in diluvio servavit, sicut Lothum in excidio Sodomitico, à quo itidem illa tempora denominantur, & *dies Loti* vocantur Luc. 17. v. 28. Sicut ergo fuerunt dies illi Noæ, ita quoque erit adventus Filii hominis*

novissimus & gloriosus, hoc est, talis quoque erit status temporum adventum Filii hominis ad judicium proximè antegressurorum, tales erunt hominum mores, qui appropinquante seculi fine videntur. Hujus collationis prius membrum sive *συν* statim latius explicat, ex qua explicatione *συν* uberior expositio sponte elucefcit: *Sicut enim erant in diebus, qui præcesserunt diluvium, edentes & bibentes, contrahentes matrimonium & nuptum dantes, usque ad eum diem, quo intravit Noe in arcam & non cognoverunt, donec venisset diluvium, & sustulisset universos: ita & erit adventus Filii hominis. Loquitur Christus indefinitè, erant edentes & bibentes, nec exprimit quos intelligat, apparet autem ex posteriore prædicati parte, non cognoverunt, donec venisset diluvium & sustulisset universos, ipsum loqui de omnibus illis, qui tempore inundantis diluvii vixerunt, & in diluvio perierunt, adeoque de omnibus illorum temporum hominibus, exceptis duntaxat *οἱσὶν ἀνομιῶν*, quæ in arca fuisse conservatæ 1. Pet. 3. v. 20. Noahus scilicet & ipsius conjuge, Samo, Chamo & Japhetho Noæ filijs, eorundemque conjugibus. Sensus igitur est, Sicut erant scilicet homines plerique omnes, qui tempore Noahi proximè ante diluvium vixerunt, *ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς αὐτῆς κατακλυσμῶν* scilicet *γενεαίαις*, in diebus sive temporibus, quæ proximè fuerunt ante diluvium, quo totum genus humanum, & animalium, in aere ac terra viventium perierunt, præter Noahum & ipsius familiam, ac præter pauca quedam animalia, quæ divino instinctu cum Noah in arcam intraverunt, &c. Syrus interpres duas illas vocales *ἐν ταῖς ἡμέραις* non videtur legisse, simpliciter enim reddidit, *Sicut erant ante diluvium.* Per *κατακλυσμῶν* vulgatâ Scripturæ phrasi intelligitur illa terrarum inundatio, quâ in secundo mundi millenario tempore Noahi totus terrarum orbis fuit obrutus, appellatione ductâ à *κατακλῦειν*, quod est ita proluere, ut mare terram supergressum, uti probat Budæus ex loco Thucydidis lib. 3. *ἡ θάλασσα ἐπέδρασε δὸς τῆς πύλας τῆς γῆς καὶ κλυματωθεῖσα δὲ πᾶσι τῆς πύλας μέγιστον πῆξεν τὸ μὲν κατέκλυσε, τὸ δὲ ὑπενέσθη, καὶ θάλασσα γαῖα ἐστὶ. αὐτὸ πρὸν ἔσται γῆ.* Hebræi generale illud diluvium vocant *מַבּוּל* à rad. *בבב* *marcavit*, *clanguit*, ut vult R. Dav. Kimchi, quia in omnia emarcuerunt, corrupta & vastata sunt, adeoque tota rerum Natura viribus suis plurimum fuit immutata. R. Salom. deducit à *בבב* confudit, quia per diluvium omnia hæc inferiora fuere horribiliter confusa. Syrus habet nomen *מַבּוּל* à rad. *בבב* *destillavit*, *inundavit*, quia ex pluvijs sensim primò destillantibus inundatio illa fuit orta. Quales verò fuerunt homines in diebus, qui præcesserunt diluvium? *erant edentes & bibentes.* *τρῶγεν* proprie usurpatur de bestiis, ut apparet ex loco Homericò *ὄδου*. *Ζ. τρῶγεν ἀγρωσιν μελιθεῖα*, ut *gramen comedere*, ubi Eustathius annotat, hoc verbum ἀνομαστοπεποιηθῆναι ὑπὸ ἀλόγων τραχύνεται ἔχον καὶ ἐπερὶ τῆς πολλῶν αἰῶν τὸ ἰδιον quod hominibus tribuitur. Neque tamen perpetuum est hoc discrimen, cum etiam de hominibus moderatè utentibus, quin & spiritualiter manducantibus hoc verbum usurpetur Johann. 6. versic. 54. & seqq. cap. 13. versic. 18. Syrus habet verbum *בבב* quod simpliciter significat *comedit*,*

mediis, *γαμειντες & ενγαμιζοντες*, vulgata reddidit *nubentes, & nuptui evidentes*, nubendi verbum viris accommodans, ac eo ipso fortassis innuens, quod uxores duxerint stimulante libidine coeundi, non autem ferviente officio generandi. Luc. 17. v. 27. commodius reddidit, *ducentes uxores & ad nuptias dantes*, *γαμειν* enim proprie est virorum Matth. 5. v. 32. c. 19. v. 9. & c. quia vero additur hoc loco *ενγαμιζοντες*, ex eo intelligitur, verbum *γαμειν* generaliter usurpari, prout non solum sponso, sed etiam sponsae competit Matth. 22. v. 30. Marc. 10. v. 12. 1. Cor. 7. v. 28. & 34. 1. Tim. 5. v. 11. & 14. & c. sicut *ενγαμιζω* nuptum dare, elocare, itidem generaliter usurpatur, prout sponsi ac sponsae parentibus convenit. Syrus reddidit *accipientes uxores & tradentes viris*, ut prius referatur ad sponso, posterior ad sponsae parentes, synecdochicè tamen prius etiam sponsas, posterior sponso parentes complectitur, cum generaliter hic sermo sit de contrahentibus inter se nuptias, & de jungentibus filiorum ac filiarum suarum connubia. Quare autem Christus in hominibus antediluvianis taxat, quod *comederint, biberint & nuptias contraxerint*? Marcionitæ & Manichæi ex hoc loco evincere voluerunt, *Christum conjugia damnare*, quibus Ambrosius l. 8. in Luc. p. 133. rectè respondet; *non esse hæc à Christo dicta, quasi conjugia, vel alimenta damnare velit, cum in istis successiones, in illis Nature subsidia sint, alioquin de mundo exeundum esse*. Merito igitur contra Manichæos urgetur 1. quod Christus non solum dicat, *contrahentes matrimonium, sed etiam edentes & bibentes*. Ut ergo *edere & bibere* non simpliciter improbat, ita nec conjugium contrahere. 2. quod apud Lucam cap. 17. v. 28. additur, *emebant & vendebant, plantabant & edificabant*, jam verò emere & vendere, plantare & ædificare, non sunt opera simpliciter prohibita. Ergo nec conjugium contrahere. 3. quod absque his adminiculis humanum genus constare & conservare nequeat. Ut enim cibi potusvè usus ad sustentationem individui, ita matrimonium ad propagationem speciei requiritur. 4. quod Apostolus 1. Cor. 7. v. 38. expressè dicit, *ὁ ἐνγαμιζων, qui nuptum dat filiam suam benefacit, & v. 39. Vidua cui vult, nubat, tantum in Domino*. Quidam ergo putant, Christum hic exprimere voluisse causas, propter quas diluvium generi humano fuerit immisissum, adeoque taxare peccata, ob quæ Noahi temporibus, omnes in diluvio perierint, quo referri posset propria significatio verbi *τερωσαντες*, quod bestiarum more gulæ ac ventri fuerint dediti. Ambrosius d. l. *Bene causam diluvii & incendii (Sodomitici) de nostris addidit produisse peccatis, quia Deus malum non creavit sed nostra sibi merita pepererunt*. Sed nec hic est principalis verborum Christi scopus. Nam 1. non utitur verbis, ab usum & excessum significantibus, sicut apud Lucam in præcedentibus *crupula & ebrietatis* nomen usurpaverat, sed simpliciter dicit, *erant comedentes & bibentes*; nec adulteria & illicitos antediluvianorum congressus, sed eorum conjugia enumerat. 2. non solum *edere, bibere, & matrimonium contrahere*, sed etiam *edere & vendere, plantare & edificare* in illis, qui temporibus Lothi vixerunt & in Sodomitico incendio perierunt, certâ ratione reprehendit, jam verò temporum Noahi, & temporum Lothi hac in parte est paratio. 3. Non simpliciter & absolute de causis, pro-

Harm. Tom. II. vel Gerhard. Contin. pars prim.

pter quas diluvium mundo immisissum fuerit, Christus hoc loco differit, sed utitur *λόγω συγκρίσεως* ac confert invicem *diluvium aqueum*, quo temporibus Noæ mundus fuit submersus, & *diluvium igneum*, quo in fine seculi conflagrabit. *Sicut erant, inquit, in diebus ante diluvium, ita & erit adventus Filii hominis*. 4. Si Christo principaliter propositum esset recensere causas diluvii, tum præcipuè oppressiones tenuiorum à potentioribus factas, & causas alias, quas Moles ponit Gen. 6. v. 2. & seqq. nominasset. 5. Si in priore collationis membro de causis diluvii Christus proprie ageret, etiam in posteriore membro de causis iudicii ipsum agere consequens foret. Sed hoc dici nequit, cum aliæ iudicii causæ in Scripturis enumerentur. 6. Christus non utitur particulis causam significantibus sed comparativis *ὡσπερ & ἔτι*. Non dicit, quia homines ante diluviū, comederunt, biberunt, matrimonium contraxerunt, venit diluvium, sed *sicut erant homines ante diluviū comedentes, bibentes & c. ita & erit adventus Filii hominis*. 7. Apud Lucam tempora novissima non solum cum *diebus Noæ*, sed etiam cum *diebus Lothi* & finis seculi cum excidio Sodomitico confertur. Jam verò si Christo hic principaliter propositum esset, causas diluvii enumerare, utique etiam causas Sodomitici excidii ibidem commemorasset, quod tamen non facit, alioqui horrendas Sodomitarum libidines, propter quas igne cœlitus depluto perierunt Gen. 19. v. 5. non prætermisisset. Statuendum igitur, quod principalis scopus Christi sit conferre invicem carnalem & supinam securitatem eorum, qui novissimis temporibus circa finem mundi vivent, & eorum qui temporibus Noæ proxime ante diluvium vixerunt. Facile concedimus, secundariò ac minus principaliter Christum etiam taxare peccatum intemperantiæ in hominibus antediluvianis, quod gula, ventri, quisque quæ sub ventre sunt, dediti, non ad Naturæ sustentationem ederint & biberint, sed genio suo liberè indulserint, Cereri, Baccho & Veneri litaverint, ac donis Dei in cibo & potu detestabiliter abusi fuerint, interim primarius ac principalis ipsius scopus est, securitatem potius notare, quàm intemperantiæ, unde etiam pro verbo *τερωσαντες*, quo Matthæus utitur, Lucas ponit verbum *εδωσαντες*, ac longè atrociora illorum hominum scelera Christus in medium protulisset, si vitia ipsa in cibo, potu ac conjugii usu commissa taxare voluisset. Non ergo simpliciter & absolute in hominibus ante diluvianis hoc taxat, quod ederint, biberint, matrimonium contraxerint, sed quod ex animo carnaliter securo citra omnem Dei timorem ac sollicitudinem hisce operibus vacaverint, quod ederint, biberint, matrimonia contraxerint, solius voluptatis causa, ac deliciis hisce unice dediti in diem vixerint, sibi que persuaserint, longum adhuc vitæ spacium sibi superesse, vana & falsa esse, quæ de diluvio proxime imminente Noahs iustitiæ præco ipsi prædicabat, inde non solum comederunt & biberunt, ad præsentem Naturæ sustentationem, sed etiam ad futuram generis humani propagationem, matrimonia contraxerunt, mercimonia exercuerunt, plantarunt & edificarunt ad sequentium annorum & posteritatis usum, idque continuerunt usque ad diem, quâ Noa intravit *εις τὴν κιβωτόν, in arcam illam*, quam divino mandato extruxerat, id quod factum septem diebus ante diluvium

U u u

l u v i u m

luyum orbi immiffum, adeoque *tanquam nullum omnino venturum efferet malum*, quotidie & incessanter *ἐπεὶ ὁὕτως ἠσπίδιον*, ut loquitur Chryfostomus homil. 78. in Matth. Hanc explicationem fuppeditat ipfe textus & confirmat Chriftus, quando fubjungit, *Et non cognoverunt, donec veniffet diluvium & fuffuliffet univerfos*, h. e. antediluvianii homines tenuerunt folitum vitæ curfum, ac confuetis vitæ negotiis citra omnem follicitudinem operam dederunt, comedentes, bibentes, matrimonium contrahentes, ementes, vendentes, plantantes, ædificantes &c. quicquid tandem Noahus de impendente diluvio prædicaret, judicârunt ipfum efferre fenem delirum & nocturna quædam fomnia commemorare, nihil mali efferre metuendum ab aquis, quibus certus in prima creatione præfixus fit terminus &c. Hoc illud efferre, quod Chriftus dicit, *non cognoverunt, donec veniffet diluvium & fuffuliffet univerfos*, hoc efferre, donec ipfa experientia edoceri tandem Noaticæ prædictionis veritatem cognoverunt, quando continuis pluviis & aquarum inundationibus diluvium toti orbi inducebatur, quod *ἐκ τοῦ ὕδατος* fuffuliffet univerfos, vel quod fynecdochicè *univerforum* nomine major pars humani generis intelligitur, vel quia referendum hoc ad illos omnes, qui *non cognoverunt*, hoc efferre, ad incredulos, inobedientes & securos, verbi contentores, qui Noahi prædicationi fidem habere noluerunt, tunc autem, quando aquæ ipforum ora oppleverunt, nimis ferè cognoverunt verum fuiffet Noahum, fed nihil tunc noviffet proderat, quod prius noviffet noluerunt. Quidam ex his verbis *ὅτι ἐγνωσαν* elicere voluerunt, Noaho quidem divinitus revelatum fuiffet, quod diluvium univerfo orbi fit fuperventurum, Noahum verò hoc occultum habuiffet, nec reliquis hominibus maniffet, cum Genef. 6. expreffet non habeatur, quod iufferit Deus Noaho, ut prædicaret diluvium venturum, vel quod Noahus illud prædicâr. Sed quia Petrus Noahum vocat *praconem iuffitiae* 2. Epift. 3. v. 5. tum *Evangelicæ*, quod in vera pœnitentia promiffum Meffiam fide amplecti & fructus fidei proferre debeant, tum *legalis*, quod Deus iuffo iudicio ob antegreffa peccata mundum diluvio perdere velit, ac quia de ipfo dicitur Hebr. 11. v. 7. quod *arcam fabricans in salutem domus fuæ per eam mundum damnaverit*, hoc efferre, quod ipfo factò, feu exemplo fuo impios homines condemnaverit, extruptione illa arcæ, oftendens comminationes divinas haudquaquam inanes ac fruiftraneas fore, ideo rectius ftatuit, Noahum non folùm in genere comminatione fecuturarum pœnarum homines illorum temporum ad pœnitentiam revocâffe, fed etiam in fpecie diluvium fecuturum prænucciâffe. Quidam ftatuunt, Chriftum hic loqui de iis, qui extra regionem, in qua Noahus docendi officio functus efferre, vixerunt, qui non cognoverunt, quid mali impenderet orbi, antequam aquarum moles irrumperet, qui nihilominus cum Noæ auditoribus perierunt. Sed ex contextu maniffetum, Chriftum loqui de illis, quibus Noæ prædicatione non fuit ignota, quibus prænucciatum quidem fuit ob atrociam humani generis feclera, orbi diluvium fuperventurum, fed ab ipsis minimè creditum. Et quia ex Genef. 5. v. 30. ( ubi Noah dicitur *quingentorum annorum fuiffe*, quando Sem, Cham & Japhet genuit ac ftatim cap. feq. v. 14. præceptum

de extruenda arca fubjicitur) uti etiam ex Genef. 6. v. 3. (ubi 120. anni hominibus illorum temporum ad pœnitentiam conceduntur, ex quibus propter illorum malitiam 20. postmodum amputati funt, ut docent Hieronymus in cap. 9. Daniel & Chryfostomus homil. 25. in Gen.) probabiliter colligi potest, Noahum centum annis integris in extruptione arcæ, fuiffe occupatum, ex eo facile colligi potest, prædictionem de diluvio non tantùm vicinis illius regionis, in qua Noahus docuit, fed etiam reliquis hominibus per totum terrarum orbem difperfis innotuiffe, ac famam hujus novi & ftupendi operis, arcæ fcilicet, ad omnes omnino homines, qui in diluvio perierunt, dimanâffe. Quod ergo Moſis dicit, *non cognoverunt*, nequaquam hoc fenſu accipiendum, quali ratione *notitiæ theoreticæ* de diluvio nihil quicquam ipsis conſtitit antequam ingrueret, fed quod ratione *notitiæ præctice* non cognoverint, h. e. quod verbis Noahi fidem adhibere recuſaverint, quod exitum ſibi imminens cognoscere noluerint, quod perſuaſerint ſibi, nihil mali omnino metuendum efferre, quod *volentes ignoraverint*, ſicut de noviffimorum temporum hominibus, antediluvianis illis ex aſſe conformibus, loquitur Petrus 2. Epift. 3. v. 5. verba enim notitiæ apud Hebræos ſæpe connotant affectum, ac paria funt cognoscere, vel ita te gerere, ac ſi non cognofceres. *Iridebant arcæ præparationem*, ait Theophyl. in c. 24. Matth. Quemadmodum enim de generis Lothi, qui filias ejus accepturi erant, dicitur Genef. 19. v. 14. quod ſocer ipſorum *viſus eis fuerit, quaſi ludens loqui*, cum de civitatis deletionem verba ad ipſos faceret; ita quoque hominibus antediluvianis Noahus quaſi ludens loqui viſus, hoc efferre, *ἀπαρῶδες* ac *ῥεαίσιδες λόγους*, aniles fabulas & deliramenta proferre, quando de diluvio ipsis fuit concionatus. Erat arcæ extruptione realis quadam concio, de futuro diluvio, quorſum enim tam vaſtum & miferabile ædificium Noahus extrueret, niſi ab aquis diluvii oraculo divino admonitus refugium ſibi pararet? fuit igitur arca malorum orbi fuperventurorum præco, fed homines illorum temporum *ἐκ ἐγνωσαν*, *ἐως ἡλθεν ὁ κατακλιςμός*, h. e. *ἐκ ἐγνωσαν κατακλιςμόν* *ἕως ἡλθεν* per quadam verborum tractationem, cujus fimile exemplum extat Matt. 17. v. 18. Veriffimile efferre, fuiffe gradus quosdam malitiæ & im-pœnitentiæ, in illorum temporum hominibus. Quidam audiverunt quidem, Noahum iuffitiae præconem & verbis ejus primo fidem habuerunt, dirâ illius mali comminatione permoti, fed poſtea vel aliorum exemplo, vel propriè carnis illecebris ſeduci fidem & timorem Dei iterum abjeecerunt. Quidam externis duntaxat auribus audiverunt prædicationem Noæ, fed delitiis & voluptatibus intenti animum non adverterunt, nec comminationibus illis fidem habuerunt. Quidam Noaho illuſerunt, quod metueret, ac metuenda diceret ea, quæ nunquam efferre eventura. Quidam in ipſum injurii fuerunt, ac arcæ extruptionem modis omnibus impedire voluerunt, ſicut de Sodomitis dicitur 2. Petr. 3. v. 8. quod *de die in diem iniquis ſuis operibus animam juſtam*, Lothum ſcilicet *cruciaverint*. Omnes tamen in illo tertio convenerunt, quod ut Chriftus hoc loco dicit, *non cognoverunt, donec diluvium veniffet*, hoc efferre, quod exitum, per diluvium ſibi imminere non crediderint, unde etiam

etiam illi ipsi, quorum opera in arca extractione Noahus fuit usus, arcam ingredi noluerunt. Quas verò existimabimus fuisse causas, propter quas hoc non cognoverint seu cognoscere noluerint? 1. Principium & origo illius ignorantie fuit incredulitas, quæ mentes ipsorum iusto Dei iudicio ita excæcaverat, ut Noahi verbis, nec vellent nec possent fidem adhibere, ut intelligitur ex antithesi, quæ Noæ in diluvio conservati fides prædicatur, quod *omnino de iis, quæ nondum videbantur, accepto*, hoc est, prædictioni de mundi per diluvium perditione & sui in arca conservatione crediderit, ac vindictam Dei adhuc occultam oculis fidei tanquam præsentem intuitus fuerit Hebr. 11. v. 7. 2. Ad hanc incredulitatem accessit lupina securitas, quæ oculos hominum claudere solet, quò minus imminens malum videant, sicut contra Noahus laudatur, quod *ab eis Deus arcam extruxerit*, hoc est, quod non neglexerit minas divinas, ex carnali securitate, sed in vero Dei timore vixerit. Quidam statuunt, Noahum cum domesticis suis toto illo tempore, quo arcam extruxit, adeoque per centum annos integro stum à conviviis tum ab usu nuptiarum abstinuisse, idque colligunt tum ex antithetica descriptione securitatis, apud reliquos homines dominantis, *edebant, bibebant, uxores ducebant &c.* tum ex eo, quod Genes. 5. vers. 32. dicatur anno vitæ suæ quingentesimo tres filios genuisse, eisque uxores dedisse, nec tamen legatur aut ipse alios, aut filii ipsius ullos liberos generasse ante diluvium, quòd in sexcentesimo vitæ ipsius annum incidit Gen. 7. v. 11. sed hæc conjectura non potest ex Mose probari. Quod enim Noahus annorum quingentorum fuisse dicitur, quando genuit Semum, Chamum & Japhetum, illud iuxta usitatum Scripturæ phrasin accipiendum sensu eo, quod anno illo vitæ cœperit liberos gignere Genes. 11. v. 26. neque enim omnes uno anno fuisse natos colligitur ex eo, quod Sem secundo post diluvium anno, cum Noahus esset 602. annorum, fuit centum annos natus. Gen. 11. v. 10. quodque Cham dicitur filius minor. Genes. 9. v. 14. Japhet verò *primogenitus* cap. 10. v. 21. Proinde non in eo, opponitur Noahus & filii ejus hominibus antediluvianis, quod hi nuptias celebrarent, & conjugio usi fuerint, illi verò ab his abstinerent, alias sequeretur, Noahum cum suis etiam à cibo & potu abstinuisse, sed in eo, quod hi facerent carnaliter securi, illi verò vixerint in vero Dei timore, excussa omni carnali securitate. 3. *Studium voluptatum*, quibus se totos tradiderant, callum quendam cordibus ipsorum obduxerant, quò minus comminationibus divinis crederent. 4. *Nondum viderant generale ejusmodi diluvium*, quo totus orbis fuisset submersus. 5. Pœna per centum annos *differebatur*, persuadebant igitur sibi ipsi, eam nunquam venturam. 6. Absurdum ipsi visum fuit, *Naturæ ordinem à Deo in prima creatione institutum immutatum iri*. 7. Nec putarunt fieri posse, ut in diluvio generali, si quod fortè ingrueret, in arca incolamē conserventur. Ex eo, quod diluvium *sustulisse* dicitur *universos*, qui scilicet fuerant extra arcam, Pererius & alii colligunt, *omnes, qui in diluvio perierunt, in infernum demersos fuisse, exceptis solis infantibus*, idque ulterius probant ex eo, quod de solo Noaho peculiariter commemorat Spiritus sanctus, ipsum fuisse

Harm. Tom. II. vel Gerhardi Contin. pars prim.

*justum inventum in ista generatione* Gen. 7. v. 1. led quando diluvium hoc loco omnes sustulisse dicitur, de corporali, non autem æternâ morte, propriè sermo est, ac quando Noahus dicitur inventus iustus in illa generatione, illud non impedit, quò minus cum Hieronymo & Ruperto statuatur aliquos adultos, cum se aquis involvi jam viderent, concionum Noaticarum recordatos fuisse, pœnitentiaq; actâ æternæ damnationis supplicium effugisse, tum quia perpetuæ veritatis est oraculum illud Propheticum Esa. 55. v. 11. *Verbum meum non revertetur ad me vacuum*; tum quia pœnæ publicæ & universales etiam pios quandoque abripiunt 1. Cor. 1. 1, 32. ac quidam *carnis interitum sustinent*, ut *Spiritus eorum salvus fiat* 1. Cor. 5. v. 5. Chrysostomus monet, *Deum ex misericordia, non uno impetu aquas super mundum effudisse, sed per dies quadraginta depluisse, ut hominibus adhuc daretur pœnitentiæ spaciū* Utque non omnes, qui corporaliter in arca servati, salutem æternam sunt adepti, cum in arca etiam fuerit impius Chamus: sic non omnes, qui fuerunt extra arcam, corporaliter puniti, morte æternâ sunt damnati. Quidam ex collatione 1. Petr. 3. v. 19. & 20. ac 1. Petr. 4. v. 6. colligitur, *disparem fuisse illorum eventum, qui universali illo diluvio deleti, cum aliorum Spiritus sive anime venerint in carcerem, eorum scilicet, qui non respuerunt, sed in impenitentia perseverarunt, aliorum verò vitam æternam adepti sunt eorum scilicet, qui castigatione corporis ad pœnitentiam sint adducti, de quo dicto Petrino alibi latè fuit actum.*

Partem collationis posteriorem Christus non explicat uberius, sed iisdem verbis repetit, cum ex prioris partis uberiore explicatione facile appareat, quem scopum in hac collatione sibi principaliter habuerit propositum. *Ita erit etiam, inquit, adventus Filii hominis*, hoc est, eodem modo agent, qui in novissimis temporibus adventum Filii hominis ad iudicium proximè antecessuris vivent; similes omnino mores & affectus in illis deprehendentur; erunt etiam ipsi carnaliter securi, vivent in delitiis ac lautitiis, agitantur convivia, celebrabunt nuptias, toti erunt huic seculo ejusque lætitiæ dediti, *dicentes pax & securitas*, ut exponit Apostolus 1. Thess. 5. v. 3. Atque ejusmodi operibus occupati erunt usque ad diem illum, quo veniet Filius hominis ad iudicium, nec cognoscent, donec veniat igneum diluvium, quo totum conflagrabit universum, quodque omnes illos, qui in securitate & impenitentia perseverarunt, æterno exitio tradet. Quidam audientes de meo ad iudicium adventu, primum quidem credent, postmodum verò eum differri videntes, fidem & omnem pietatem una cum spe adventus abjicient. Quidam delitiis hujus seculi immergi & curis mundanis oppressi non poterunt capita & animos suos attollere ad expectandum meum è cœlis adventum. Quidam erunt *impelle & irrisores, dicentes. Ubi nunc est promissio adventus ejus? ex quo enim Patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ* 2. Petr. 3. v. 3. & 4. Quidam præcones mei adventus in super odio habebunt & persequentur. Omnibus illis repentinus & inopinatus superveniet dies ille & laquei instar exitio eos concludet. Hic principalis est hujus collationis scopus, secundariò autem ac minus principaliter Christus eadem 1. confirmat

Ulu 2

firmat

firmat prædictionis suæ certitudinem. Præcedit enim apud Matthæum & Marcum: *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Huic verborum Christi certitudini confirmandæ inferuit hæc ipsa collatio, ut sit sensus. Homines antediluvianii non credebant venturum diluuium, nolebant verbis Noæ fidem adhibere, postea verò re ipsa eorum veritatem magno suo cum malo sunt experti: sic Epicuræi contemtores non credent, seculum hoc finiendum & totum uniuersum destruendum, sed re ipsa tandem prædictionis meæ immortam certitudinem experientur. Chrysofostomus homil. 78. in Matth. *Quare Sodomorum mala non dixit? Uniuersalem, prædictamq; cladem & minime creditam exempli loco proponere voluit, ut quoniam apud multos futurum non creduntur, à similitudine præteritorum moueantur animo atq; credant.* 2. perfringit atrocissima extrema illius mundi ætatis scelera. Dixerat in præcedentibus, circa finem mundi iniquitatem maximum accepturam incrementum, illud ipsum collatione temporum antediluvianorum & novissimorum comprobatur. De hominibus antediluvianis dicitur Genes. 6. vers. 12. *omnis caro corruerat viam suam super terram, hoc est, erat uniuersalis & consummata malitia; terra ipsa erat corrupta, hoc est, tanta erat fœditas & quasi virus scelerum, ut terram ipsam, in qua perpetrata erat, quasi polluerant ac corruerant Levit. 18. v. 25. & quidem corrupta erat terra coram Deo ac repleta iniquitate Genes. 6. v. 11. hoc est, homines illorum temporum abjecto omni timore, nihil verentes Dei conspectum, flagitiis sese tradiderunt. Enumerantur etiam quædam atrocita peccata in specie: *Videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchra, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant v. 3. hoc est, filii sanctorum Patriarcharum ex impia Cainitarum progenie sine ullâ religionis, pietatis & honestatis ratione solius carnalis libidinis explendæ causa citra parentum consensum uxores ducebant, quascunq; vellent; erant etiam gigantes super terram in diebus illis vers. 4. hoc est, tyranni, oppressores, grassatores, homines feri & Cyclopi, contemtores Dei & hominum, laxantes frenas suis cupiditatibus & omnia pro lubitu agentes. Tales etiam novissimorum temporum mores fore Christus ostendit, quando ea cum antediluvianis comparat 2. Timoth. 3. v. 1. *In novissimis diebus instabunt tempora difficilia. v. 2. erunt enim homines seipso amantes, avari, elati, superbi, blasphemii, parentibus immorigeri, ingrati, scelesti &c. 3. docet, stupendam fore hominum duritiem, obstinationem & excecationem, quæ nec admonitionibus nec dehortationibus, nec promissionibus, nec comminationibus, nec verbis, nec verberibus siue plagis poterit emendari. Talem enim duritiem ac cœcitatem in antediluvianis hominibus itidem regnasse, patet ex eo, quod per annos centum integros Noahus eos frustra inuitaverit ad pœnitentiam, quodque translationem Enochii eis *ἔσοθ' ἡμεῖς μὲν ἔσονται* ipsi propositam Eccles. 44. 16. præfractè contemserint. 4. ostendit, novissimum illum adventus sui diem nemini fore notum. Dixerat in præcedentibus, *de die illa & hora nemo novit, nec Angeli cœlorum &c. id ipsum etiam exemplo diluuii manifestum evadit. Quemmodum enim nemo præcisè potuit scire, quo die venturum esset diluuium super terram, sed****

præter hominum opinionem & expectationem illud inundavit: sic dies novissimi adventus nemini erit notus, sed incredulos ac salutis suæ negligentes, præter omnem expectationem opprimit, eosque imparatos inveniet. 5. præmonet, *paucos ex illis, quos dies novissimos vivos deprehendet, esse salvandos.* Potuisset in medium asserre exempla ejusmodi particularium Dei iudiciorum, in quibus major pars pœnas effugit, ut in peste, Davidis temporibus populo Israelitico immissa. Potuisset etiam producere ejusmodi exempla, in quibus ad unum omnes periire, ut in submersione Pharaonis, ejusdemque exercitus in mari rubro, sed maluit diluuii exemplo uti, ut ostenderet, non quidem omnes æternum perituros, quos dies novissimos vivos deprehendet, interim tamen paucos fore salvos, sicut octo tantum animæ in diluuii divinitus fuere conservatæ Es. 1. v. 9. c. 24. v. 13. Matth. 7. v. 13. Luc. 13. v. 24. &c. 6. denique ostendit *modum ac medium, quo possimus novissimum iræ divinæ diluuium effugere. Quemadmodum enim in arcam illos ingredi oportuit, qui vellent in diluuium conservari, sic veræ salutis arcæ, quæ Christus est, verâ fide sese includere debent, quotquot cupiunt effugere mala, orbi terrarum in die iudicii superventura 1. Pet. 3. v. 20. Augustinus tract. 11. in tertiam Epist. Joh. Noah ligno portante evadit diluuium. Ego similiter dico, nos fide in ligno crucis Christi transimus in Baptismo diluuium peccatorum, iræ & iudicii. Hæc omnia Christus complectitur, quando novissima tempora cum antediluvianis comparat, interim primarius ac principalis scopus est, supinam eorum, qui novissimis temporibus victuri sunt, securitatem perfringere. At quomodo prædictio illa de uniuersali pene hominum securitate congruit cum eo, quod in præcedentibus dixerat, temporibus novissimis fore bella, seditiones, pestilentias, terræ motus, persecutiones &c. fore anxietatem hominum extabescantium præ metu & expectatione eorum, quæ mundo superventurum, quin & plantum excitaturas omnes gentes terræ. Certè ubi interior anxietas & exterior adversitas, ibi non videtur locum habitura securitas? 1. Hieronymus in cap. 24. Matth. respondet, post illas perturbationes & confusiones mundum aliquandiu ante interitum fore pacatum & tranquillum, sicut homines antequam moriantur, interdum sibi convalescere videntur. Existimandum est, inquit, juxta Apostolum, quod post pugnas & dissensiones, pestilentias, & famas, & terræ motus, & cætera, quibus genus vastatur humanum, brevi subsequutura sit pax, quæ quæ omnia repromittat, ut fides credentium comprobetur, utrum transactis malis sperent iudicium esse venturum. Hoc est enim, quod in Paulo legimus, quando dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus. 2. Chrysofostomus homil. 87. in Matth. monet, Apostolum non dicere, quando erit pax & securitas, sed quando dicent, h. e. falsò sibi persuadebunt esse pacem. Pax inquit, & lascivia insensata erit, propterea non dixit, quando erit pax, sed quando dicent pacem & securitatem, insaniam eorum hoc modo dicendi ostendens, sicut & qui tempore Noæ fuerant, quamvis multis in malis essent, doluit tamen disfluebant. 3. August. Epist. 80. distinguit inter pios persecutionem patientes & impios persecutionem inferentes. Sic erit, inquit, tribulatio uniuerso orbi, ut ad Ecclesiam*

stam pertineat, quæ universo orbe tribulabitur, non ad eos, qui tribulabunt eam. Ipsi enim dicturi sunt, pax & securitas, ut illa repentinus superveniat interitus & eos adventus Domini sicut fur in nocte comprehendat, quando è contrario gaudebunt & exultabunt, qui diligunt manifestationem Domini. Et postea: *Ultimè pars erit in omnibus gentibus, una, quæ premitur, altera, quæ prematur. Una, quæ dicat, pax & securitas, altera, in qua Sol obscuratur &c.* 4. Quidam respondent, nulla esse bella, nullas plagas, à quibus non sine quidam immunes, quinimò in communibus malis quorundam prosperitatem augeri aliorum miseriam, cum victores exultent, victi verò lugeant. 5. Distinguendum omnino inter signa iudicii remota & propinqua. Quando propinqua iudicii signa, quæ cum eo immediatè connexa, ingruent, tunc non amplius homines securi erunt, & lascivient, sed tunc plangent omnes tribus terræ, sed quando remota iudicii signa aderunt, ea non curabuntur ab hominibus incredulis sed ex causis naturalibus eadem provenire ac nihil mali portendere iudicabuntur, unde etiam illis nihil obstantibus genio & voluptatibus indulgebunt. Augustin. d. l. *Inter illa mala, quæ tanquam summa & extrema creduntur, adhuc usque quæ, frequentantur luxuriosa convivia, fervec ebrietas, avaritia grassatur, perserpunt lascivi cantus, organa, tibia, lyra, cythara, tessera, multa & varia genera sonorum ac ludorum.* Notari autem potest ex hac antediluvianorum & novissimorum temporum collatione. 1. Diluvium aqueum fuisse typum diluvii ignei, quo in fine seculi universus orbis conflagrabit 2. Petr. 3. v. 5. unde etiam Enochus Patriarcha, qui ante diluvium vixit, de extremo iudicio prophetavit Judæ v. 14. & 15. 2. Ante universales clades & calamitates præcedere solere stupendam hominum securitatem & velut quandam *ἀσυνείδητον*, qualis etiam extitit temporibus Sodomiticum excidium, captivitatem Babyloniam, & devastationem Hierosolymitanam proximè antegressis. Meritò igitur suspecta nobis esse debet supina securitas, quam ubivis jam dominari videmus eamque pro indubitato signo propediem imminenti universalis excidii intueamur. 3. Honestæ ac moderata convivia non esse prohibita, sed crapulam & ebrietatem; nec matrimonia & nuptias prohibitas esse, sed adulteria, scortationes & vagas libidines. 4. Interim tamen etiam in licito cibi, potus ac conjugii usu cavendam esse securitatem carnalem, ne dies Domini imparatos & nihil tale expectantes nos obruat. *Beatus, si omni curâ satagas malorum omnium primam parentem cavere incuriam,* ait Bernh. lib. 3. de confid. col. 1033. Edamus & bibamus, sed ad necessitatem in timore Domini, matrimonia contrahamus, sed in Domino 1. Cor. 7. v. 39. 5. Debitam in omnibus adhibendam esse moderationem, ne edendi necessitas in voracitatem; bibendi hilaritas in ebrietatem; matrimonii libertas in beluinan voluptatem desinat. Ambrosius in cap. 17. Luc. p. 132. *Nec conjugia, nec alimenta damnantur, sed in omnibus modis queritur, quicquid enim abundantius à malo est.* Sit aliquis consensus ad tempus, ut vacetis orationi, sit aliqua inter sollicitudines mundi & intemperantiæ crapulam, sobrietas religionis & induciæ castitatis. 6. Quicquid in hac vita agimus, conditum quasi esse debere timore Domini & expectatione extremi ju-

Harm. Tom. II. vel Gerhard. Contin. pars prim.

dicii, ne securitas nobis obrepat ac dies Domini nos imparatos inveniat. Hieron in regul. Monach. c. 30 *Semper tuba illa terribilis vestris obstrepat auribus: Surgite mortui, venite ad iudicium.*

3. Tertium amplificationis membrum petitur à *repentina conjunctissimorum separatione.* Tunc duo erunt in agro, unus assumitur & alter relinquitur. *Due molentes in mola, una assumitur, & altera relinquitur. tunc tunc, videlicet in adventu Filii hominis, cujus in verbis immediatè præcedentibus facta erat mentio. Duo erunt in agro, uno scilicet ac eodem, erunt in eodem agro laboris socii, arabunt, occubunt, fodiunt, plantabunt &c. nihil minùs cogitantes, quam in illo momento Filium hominis ad iudicium venturum. Eorum unus assumitur, alter relinquitur. In Græco est ὁ εἷς, quod est δευτερον & ἐμπαρικον, q. d. unus ex illis ἀδελφαιμωσάου assumetur, ponitur enim præsens pro futuro, quæ tamen temporis enallage magnam habet emphasin, deducit enim nos quasi in rem præsentem, ac significat non solum certò ac infallibiliter illud futurum, sed etiam subitanam & inopinatam fore illam separationem. Quamvis enim fortè non inter operandum ejusmodi agricola assumetur, tamen adventus Christi ad iudicium tam repentinus erit & inexpectatus, ut non mutet locum, in quo deprehendatur à novissimo Christi adventu, sed ex illo ipso loco ad iudicium & regnum Christi assumatur. Per assumptionem enim illam non tantum hoc intelligitur, quòd ante tribunal Christi sit congregandus & ad dextram iudicis collocandus Matth. 25. v. 32. sed etiam quòd assumendus sit ad Filium hominis, ut exponitur Luc. 17. v. 37. quòd rapiendus sit in nubibus obviam Christo in aera & sic semper cum Domino futurus, ut exponit Apostolus 1. Thess. 5. v. 17. hoc est, quòd in consortium regni & gloriæ cœlestis à Christo sit evhendus, ac indivulsa societate in æternum ipsi jungendus, ut Christus ipse exponit Johan. 17. v. 24. Quemadmodum sponsus ἀδελφαιμωσάου assumit sponsam in individuum vitæ societatem & omnium bonorum consortium. Matth. 1. v. 20. sic Christus eum utpote Ecclesiæ sponsæ suæ verum ac vivum membrum in cœlestium nuptiarum gaudia assumet. Quemadmodum Christus quosdam ex discipulis suis παρέλαβεν, cum coram oculis ipsorum sese transfigurare vellet Matth. 17. v. 1. Marc. 9. v. 2. sic fidelem illum & omnes electos in die iudicii ad se adsumet, ut videant gloriam suam Johann. 17. v. 24. Procul dubio etiam Christus ad hunc locum respicit, quando Johann. 14. v. 3. Apostolis suis promittit. *Veniam iterum ad vos, καὶ ἀγαλήσω μετὰ υμᾶς εἰς ἔμπατον, assumam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis.* Alter verò ἀφίσταται relinquitur, deseritur; non quòd in agro sit relinquendus, quia etiam ipse ad tribunal Christi congregabitur Matth. 25. v. 32. sed quòd non sit rapiendus in nubibus obviam Domino in aera, nec coronâ gloriæ & beatitudinis donandus, sed à socio suo & reliquis electis separandus, æternæ pœnæ adjudicandus, & infernum tradendus. Verbum enim ἀφίσταται pro desertione & separatione interdum usurpatur Matth. 15. v. 14. cap. 19. v. 27. &c. Quemadmodum maritus uxorem adulteram ac refractariam ἀφίσταται, 1. Cor. 7. v. 11. (de qua derelictionis specie propriè usurpatur verbum דרש Marc. 10. v. 2. quòd*

Uuu 3

Syrus



Syrus hoc loco utitur) sic Christus in die iudicii incredulum illum & omnes reprobos, utpote spirituali fornicatione obnoxios à se repellat. Ambrosius in cap. 17. Luc. *Qui assumitur, rapitur à Christo obviam in aera, qui autem relinquitur, improbat.* Vulgata minus Latinè hanc distributionem reddidit, *unus assumetur, & unus relinquetur*, rectius dixisset, *unus & alter; vel alter & alter*, quo modo vertit Luc. 17. vers. 33. & 34. *Due etiam erunt molentes in mola, una assumitur, & altera relinquitur.* Servorum erat proprium operari in agro, ut colligitur ex Luc. 17. vers. 7. ancillarum laborare in pistrino, ut colligitur ex Exod. 11. vers. 5. Esa. 47. vers. 2. unde Plutarchus in problemat. *quærit, cum apud Græcos & Barbaros usum receptum sit, ancillas molere, cur apud Romanos id fieri non consueverit?* Postquam igitur Christus in præcedentibus verbis *servorum* mentionem fecerat, jam *ancillarum* mentionem subiungit, & ex illis etiam unam in die iudicii ad gloriam cœlestem repente assumendam, alteram verò relinquendam ac deferendam esse præmonet. Pro *μύλων* quædam exemplari legunt *μύλων* eodem sensu. Nam *μύλων*, & *μύλος* est locus, in quo mola vertitur seu *pistrinum*, unde etiam Ambrosius in cap. 17. Lucæ, vertit per *pistrinum*, quamvis *μύλος* etiam pro *lapide molari* accipiatur Matth. 18. v. 6. Luc. 17. vers. 2. Apocal. 18. vers. 21. & 22. & in versione Græca Exod. 11. vers. 5. Deut. 24. vers. 6. Jud. 9. vers. 53. &c. Quam verò durum fuerit in mola sive pistrino laborare, colligitur ex eo, quod apud Romanos usitatum fuerit, malè meritos in pistrinum ablegare, unde etiam pollux nomen *μύλων* vocat *ἐκ ἐνφρονος*. Jerem. 52. vers. 11. de Zedekiaâ Rege Babylonæ in captivitate abducto dicitur, quod Rex posuerit eum *בבית הפקרות* in domum præfecturarum sive carceris, hoc LXX. reddiderunt *εἰς οἰκίαν μύλων*, in domum pistrini, quia apud Orientales populos usitatum fuit, captivos molere interdum in mola, in domo סהר carceris, noctu autem includi in סהר foveam & molam ad ostium foveæ collocari Esa. 47. vers. 2. Syrus habet nomen *מרחי* quod proprie significat *molam* constantem superiore & inferiore lapide, dictam ex eo, quod farina, quæ molitur, gratum odorem spiret Deut. 24. vers. 6. Esa. 47. vers. 2. postmodum metonymicè usurpatur pro *μύλων*, hoc est, loco, in quo est mola, sive in quo molitur Exod. 11. vers. 5. *ancilla, quæ est post מרחי molam* sive in pistrino, ubi tamen alii molam trusatilem intelligunt, quam captivi circumagere cogebantur. In quibusdâ Manuscriptis Codicibus apud Matthæum additur ex Luca cap. 17. vers. 34. *δύο ἑστὶ κλίνας μίαις ἑσονται, ὁ εἰς πρὸς λαμψανέαι καὶ εἰς ἀφείσαι.* Duo erunt in lecto uno, unus assumitur & alter relinquitur, quo modo etiam hic legunt Chrysostr. homil. 78. in Matth. & August. lib. 2. quæst. Evang. q. 44. sed probatissimi & antiquissimi Codd. hunc versiculum omittunt, eumque Lucæ proprium relinquunt. Sicut vice verâ præcedentem versiculum *δύο ἑσονται ἐν τῷ ἀγρῷ ὁ εἰς πρὸς λαμψανέαι καὶ ὁ ἕτερος ἀφείσεται.* Biblia Regia, & Codd. quidam Parisienses, suffragante etiam editione Syriacâ apud Lucam legunt, sed complures Græci Codd. suffra-

gantibus Autore imperfecti operis, Euthymio & Theophylacto eum omittunt, ut hac ratione de duobus in agro servetur Matthæo proprium, de duobus in lecto Lucæ proprium, uti prædicti autores annotant. Quia enim in pistrino molere, est genus quoddam laboris æconomici, ideò Matthæus illi operari in agro conjungere voluit; vicissim quia in pistrino noctu solebant molere, ideò Lucas duos in lecto noctu quietem capientes illi conjunxit. Quod autem veteres quidam illud de duobus in lecto quiescentibus, apud Matthæum; ac illud de duobus in agro laborantibus, apud Lucam exponunt, illud fit propter similitudinem sententiarum ex Harmoniaca Evangelistarum collatione, ac posset triplicis illius distributionis fundamentum in eo statui, quod viri soliti fuerint in agro laborare, femina in pistrino molere, vir & femina simul in lecto quiescunt. Quare verò hanc pericopen de duobus in agro laborantibus ac duabus in mola molentibus, quarum una assumenda, altera relinquenda sit, Christus superioribus voluit subiungere? Quidam statuunt, respectum haberi ad gentis & urbis Judaicæ devastationem, quod in ea nullus sit habendus respectus personarum, sed in omnes pariter, cujuscunque tandem futuri sint fortunæ & conditionis, grassatum iri. Sed ostendimus superius, Christum hic non amplius de Hierosolymorum particulari, sed univèrsali totius orbis excidio verba facere, id quod ex Luca 17. v. 34. & seqq. ubi eadem sententiâ habentur, manifestè conspicuum. Certum & hoc est, quod Christus his verbis nequaquam significare voluerit, ubicunque duo in die novissimi adventus, sive domi sive foris simul futuri sint, eorum unum præcité salvandum, alterum eorum præcité damnandum, fieri enim poterit, ut uterque eorum salvetur, ac uterque eorum damnetur. *Primariò igitur ac principaliter* significare voluit, repentinum fore novissimum suum ad iudicium adventum, atque ita quidem repentinum, ut ex duobus in agro laborantibus, unus subito assumatur ad gloriam, alter verò subito derelinquatur ad ignominiam, antequam alteruter ipsorum mutet locum, in quo dies iudicii eumprehenderit. Tantâ velocitate ingruet dies iudicii, ut duobus in agro simul laborantibus non superfit tempus seipos disjungendi à se invicem, sed à iudice separabuntur, qui unum eorum assumet, alterum verò relinquet. Hunc esse principalem Christi scopum, colligitur ex contextu. Christus enim hoc loco verba illa applicat ad amplificationem antecedentis rationis, quod *subito dies superventurus omnibus, qui sedent super faciem terra, ut ex contextu satis dilucidè appareat; atque omnia, quæ in hac pericope à Christo traduntur, eò spectant, ut Apostolis persuadet, singulis horis ac momentis diem iudicii, utpote repentinum & inopinatum futurum, esse ab omnibus expectandum, ne fortè imparatos quosdam ex eis offendat, cujus consilii sui, quas Christus habuerit rationes, exposuimus suo loco. Secundariò ac minus principaliter* his verbis significatum 1. omnibus omnino hominibus, non impiis solum & reprobis, sed etiam piis & electis incognitam fore horam, quâ Christus ad iudicium venturus. Si enim præcognita foret, nemo hominum in agro vel in pistrino

tunc

tunc laboraret, vel simile opus perageret, quod ad futurum magis, quam præsentem hujus vitæ pertinet, quia agri coluntur, ut fruges ad futuram vitæ sustentationem necessarias producant; mola circumaguntur, ut ex frugibus farina conficiatur, ex qua panes pinlantur, quibus in futuro demum homines alantur. Quorsum verò de futura vitæ sustentatione, illa ipsa judicii hora homines adhuc solliciti essent, si extremam illam horam huic seculo, & huic mortali vitæ finem allaturam præficerent? omnes potius in ea pœnitentiam agerent, divino cultui ac precibus vacarent, & quanto possent studio ad Christi judicis adventum sese præpararent. Eò verba Christi accommodari posse, apparet ex verbis præcedentibus, *de die illa & hora nemo novit.* 2. Securitatem usque ad ipsam judicii horam apud plerosque illorum temporum homines, quos dies novissimos vivos deprehendet, duraturam. Dixerat in præcedentibus, *sicut erant in diebus Noë ante diluivium edentes, bibentes, matrimonia contrahentes usq; ad illum diem, quo Noë intravit in arcam: ita erit etiam adventus Filii hominis.* Apud Lucam additur: *Sicut factum est in diebus Loth, edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & edificabant, usq; ad diem, quò exiit Loth à Sodomis, secundum hæc erit, quò die revelabitur Filius hominis,* jam ergo subjungit, securitatem illam apud plerosque protrahendam non solum usque ad diem, sed etiam usque ad horam judicii, nam mentio agri pertinet ad verbum *plantabant*, mentio molæ ad verbum *edebant*, mentio lecti ad *matrimonia* & nuptias, quare cum inter duos in agro laborantes inveniendus sit unus relinquendus, per illum significatur complures animo securo usque ad horam judicii plantaturos & agrum culturos, adeoque spem vitæ in longum extensuros, quos præter omnem expectationem dies judicii sit oppressurus & æterno exitio eosdem traditurus. Cumq; inter duas in mola molentes futura sit una; itidem relinquenda, per illam significatur, complures animo securo manducaturos, bibituros ac paraturos ea, quæ ad victum pertinent, usq; ad ipsam judicii horam, quos dies novissimus exitio involvet. Denique cum inter duos in uno lecto quiescentes futurus sit unus itidem relinquendus, per illum denotatur, complures animo securo matrimonium contracturos & conjugali consuetudini operam daturus in ipsa judicii hora, quos itidem dies novissimus præter opinionem ingruens exitio tradet. Vicissim verò, quia hæc omnia videl. *plantare, edificare, mandare, bibere, agrum colere, nuptias contrahere, conjugali consuetudini operam dare,* per se & in se non sunt illicita ac damnabilia, sed tantum ratione adjuncta securitatis, ideo unum ex plantantibus, molentibus, & in lecto quiescentibus assumendum dicit, quod si enim hæc per se & sua Naturâ essent mala, nullus eorum, qui horâ judicii illis deprehenderetur, assumendus esset in gloriam. *Si vir & uxor,* ait Tostatus q. 235. *inveniantur in lecto, in ipso actu conjugali salvari poterunt, quia ipse actus potest fieri sine peccato mortali, sed quicquid est sine peccato, si ac cum caritate & non excludit à vita æternâ.* 3. non omnes, quos dies judicii ex improvviso deprehendet, perituros. Dixerat in præcedente novissimorum & antediluvianorum temporum collatione, diluivium *justulisse univeros,* ne quis ergo suspicaretur, absolute omnes homines,

quos dies judicii vivos inveniet, æternum perituros, vel certè ex aliquo hominum genere omnes perituros, ideo subjungit, ex duobus in agro tunc laborantibus unum tantum relinquendum, alterum verò assumendum, & ex duobus in mola laborantibus unam tantum relinquendam, alteram verò assumendam esse. Docet igitur non omnes tunc temporis excusso Dei timore lascivias & voluptatibus fore deditos ac repente perituros, sed quosdam Noë similes in arcam assumptos fore servandos. Ostendit insuper, non ex eo fore, ut alii præ aliis assumantur, quod quidam præ reliquis majorem hujus diei & horæ notitiam sint habituri, cum ex opere, quod cum reliquis commune habebunt, manifestum sit, nec ipsos præcise illâ horâ judicis adventum expectasse, sed discrimen assumendorum ac relinquendorum ex eo originem trahere, quod alii futuri sint similes Noë, quem Deus *invenit justum in generatione ista,* qui fidem & timorem Dei usq; ad diluvii tempus inviolatum servavit; alii verò futuri sint similes coætaneis ejus, qui seculi hujus voluptatibus dediti omnes Dei minas securè contemserunt. 4. non omnes, qui sunt unius conditionis ac status, pariter fore salvos vel perditos, sed ex omni vitæ hujus statu ac conditione quosdam esse servandos, quosdam verò reprobandos, sicut in hoc seculo non solum ex omni gente, sed ex omni hominum statu plerosque sibi colligit Ecclesiam Act. 10, 34. & in quovis vitæ humanæ statu inveniuntur boni & mali. Conjungit igitur Christus *molentes in mola,* per quos intelliguntur abjectæ conditionis & infimæ sortis homines, quia hoc molendi opus non nisi vilissimis ancillis, mancipiis ac captivis olim committi solebat Exod. 11. v. 5. Esa. 47. v. 2 & otiose in lecto quiescentes, per quos intelliguntur lautæ conditionis & amplissimæ fortunæ homines, qui possunt otiose in lecto quiescere, quando ancillæ molendo sunt occupatæ, conjungit *laborantes foris in agro & molentes domi in mola,* ut significet, nullum vitæ statum, nullam conditionem per se hominem salvare vel damnare, nullam singulariter vel acceptam esse ad salutem vel à salute exclusam, sed in quovis vitæ statu hominem posse salvari, *si miliet bonam militiam retinens fidem & bonam conscientiam.* 1. Timoth. 1. v. 18. & 19. in quovis etiam vitæ statu posse hominem salvari, si excusso Dei timore in impœnitentia & incredulitate vivat. Chrysost. homil. 78. in Matt. *Nec divites omnes perituros, nec pauperes à contrario salvari omnes, sed utriusq; & salvari & perire ostendit.* Eadem repetit in ferm. de ascens. Domini. Sicut ex singulorum animantium generibus quædam in arcam assumebantur, quædam verò relinquebantur, in diluvio peritura: sic in die judicii ex omni hominum genere, & ex quovis vitæ humanæ statu Christus quosdam ad se in arcam salutis æternæ assumet, quosdam verò relinquet diluvio iræ divinæ æternum perdendos. Pharisei & Scribæ servos ac scæmnas non referebant in numerum eorum, qui congregationem Israel faciebant. Sed Christus hoc loco ostendit, statum servilem neminem à congregatione electorum impedire, ac ex scæmnis etiam vilissimas quasque in confortium æternæ beatitudinis assumendas, si per fidem Deo placuerint. 5. non esse habendam societatis & conjunctionis rationem, ut quis in die judicii vel salvetur vel damnetur; sed bonos esse assumendos ac salvandos,

si vel maxime in hac vita malos habuerint socios: malos verò relinquendos ac damnandos, si vel maxime in hac vita bonos habuerint socios. Qui in hac vita fuerunt proximi & conjunctissimi vel officio vel negotio, vel alio conjunctionis vinculo, illi in die iudicii separabuntur, maximo eorum cum dolore, qui relinquuntur, reliquis in cœleste gaudium assumtis. Quemadmodum enim Noë consanguineis & cœtaneis maximum dolorem conciliavit, quando jamjam diluvii aquis immergendi cogitarent, Noë in arcam assumtum servari, sic reprobis in die iudicii non mediocriter augebit animi dolorem, quando videbit suos consanguineos, collegas, socios, amicos &c. à Christo in consortium regni & beatitudinis cœlestis assumi, se verò relinqui in carcere inferni detrudendos. 6. contraria fore adventus sui ad iudicium effecta, pro diversitate, imò contrarietate hominum, quos ad tribunal suum iudicarium congregabit. Quidam enim, videlicet verè credentes & pii *assumentur*; quidam, videlicet increduli & impii *relinquentur*; quidam à bonis Angelis subvehentur in cœlum, quidam verò à malis Angelis rapiuntur in infernum, quâ de re in sequenti c. 25. Matt. Christus plenius agit, quando quosdam *ad dextram*, quosdam verò *ad sinistram* iudicis collocandos asserit, ac illis quidem dictum iri: *Venite benedicti, possidete regnum paratum vobis à constitutione mundi*, hisce verò, *Discedite à me maledicti in ignem æternum paratum Diabolo & Angelis ejus*. 7. non secundum externa opera & externum eorum aspectum, sed secundum cor & ejus affectum, iudicium ac separationem illam in die iudicii esse instituendam, Ex opere externo colendi agrum, & molendi in mola non potuit iudicium fieri, uter duorum eundem agrum colentium, & utra duarum in una eademque mola laborantium sit assumenda, sed ex corde iudicium fieri oportebit, & quia in unius agricolæ corde erit vera in Christum fides, ideo ille erit assumendus; quia in alterius corde regnabit incredulitas & securitas, ille erit relinquendus. Hilar. can. 26. in Matt. *Infidelium & fidelium discrimen in relinquendis aliis atq; aliis assumendis docet. Dei enim ira à ingravescente, sancti, ut Propheta ait, in promptuariis recondentur, perfidi verò ad cœlestis ignis materiam relinquentur*. Ambros. in c. 17. Luc. p. 133. *Cum non forense obsequium, sed inferiorem Deus rimatur affectum*. Hieron. in c. 24. Matt. *Tempore iudicii duo in agro pariter inveniuntur, eundem habentes laborem & quasi parem sementem, sed fructus laboris non aequè recipientes*. Utraque molentium mola est ancilla pauperula, sed quia una earum verà in Christum fide paupertatem suam æquo animo tolerabit & ex fide inunctos officii labores diligenter perficiet, ideo labor ipse erit benedictus & Deo gratus, ac ipsa ex gratuita Dei misericordia in cœlum assumetur, & largissima laboris sui in fide peracti & malorum suorum in fide tolerantiam percipiet præmia; vicissim quia altera earum erit verà fide destituta, pauperiem suam impatienter ferens, & metu ac necessitate coacta laborans, ideo labor ipse erit maledictus & Deo ingratus, ac ipsa iusto Dei iudicio propter suam impœnitentiam & incredulitatem relinquetur &c. Hæc omnia mirandâ sapientiâ Christus complectitur quando dicit, *tunc in die iudicii duos fore in agro, quorum unus sit assumendus, alter verò relinquen-*

*dos, ac duas molentes in mola, quarum una sit assumenda altera verò relinquenda* Chryf. hom. 78. in Matt. Cassiodorus in Pf. 118. & Theophylactus in c. 17. Luc. colligunt ex his Christi verbis, novissimum ejus adventum noctu futurum, cujus sententiæ rationes quædam proferri possunt, 1. quia apud Lucam dicitur additur. *In illa nocte erunt duo in lecto uno, unus assumetur &c.* 2. quia noctu solebant molere Exod. 11. v. 5. 3. quia Paulus 1. Thess. 5. v. 2. dicit, *diem Domini venturum instar furis in nocte*, 4. quia apud Matthæum in c. 25. seq. 6. dicitur, *mediâ nocte clamor factus est, ecce Sponsus venit*. 5. Hieron. in c. 25. Matt. meminit traditionis Apostolicæ, quæ in sua permanerit tempora, *ut in die vigiliarum Pasche ante noctis dimidium populos dimittere non liceret expectantes adventum Domini, cum Pf. 118. dicatur, mediâ nocte surgebam ad confitendum tibi, cumq; primogenita Egypti eo tempore percussa*. Sed argumenta illa non sunt cogentia. 1. quia Christus etiam facit mentionem laborantium in agro, quod de die fieri consuevit. 2. quia Christo non est hic propositum determinare certum diei naturalis tempus, quo sit venturus ad iudicium, sed inopinatam iudicis præsentiam & subitanæam conjunctissimorum avulsionem significare. Lucas, quia in nocte dicit futuram unius assumptionem & alterius derelictionem; ideo (in probatissimis exemplaribus) omisit particulam de duobus in agro laborantibus, siquidem nocti non convenit opus in agro, ac tantum posuit duo paria temporis noctis convenientia, utpote duorum in uno eodemq; lecto cubantium & duarum in una eademque mola molentium, quod noctu potissimum fieri solebat. Vicissim, quia apud Matthæum præmittitur, *de die illa nemo novit*, quo significari videtur, Dominum in die (artificiali) venturum & separationem illam institutum, ideo (in probatissimis exemplaribus) omisit particulam de duobus in lecto quiescentibus, siquidem diei non convenit quies in lecto, ac tantum posuit duo paria temporis diurno convenientia, utpote duorum in agro operantium & duarum in mola molentium, quod quandoq; interdiu fieri solebat. Uterq; verò significat, nec sexus, nec status, nec fortunæ conditionem quicquam facere ad salutem vel condemnationem, sed tam ex fœminis, quam ex viris tam ex divitibus, per quiescentes in lecto significatis, quam ex pauperibus, per operantes in mola denotatis, tam ex liberis, per operantes in agro significatis, quam ex servis, per operantes in mola significatis quosdam in cœlum assumendos quosdam verò relinquendos. 3. quòd dies Domini instar furis in nocte venturus dicitur, eò tantum pertinet, ut inopinatum & inexpectatum fore adventum significetur, ac *mesodice* in nocte ad furem non ad diem Domini propriè pertinet. 4. quòd *mediâ nocte clamor dicitur factus* sponsum jam adventare, significat hominibus nihil tale cogitantibus vel expectantibus iudicem venturum, nocte enim solent homines quiescere. Posset etiam id eò applicari, quod circa adventum Domini ante finem seculi tristis omnium rerum facies sit futura, usitatum enim est Scripturæ per *noctem & tenebras* adversitates significari. 5. Apostolus expressè docet, non posse exactè præsciri, an die, an vero nocte Dominus ad iudicium sit venturus, quando 1. Thess. 5. vers. 10. dicit; *Christus mortuus est pro nobis, ut sive vigilemus (interdiu) sive dormiamus (noctu)*

(noctu) simul cum illo vivamus. 6. Quod congruit etiam verbis Christi: De die illa & hora nemo novit. Ergo nec de die tempore. 7. Quidam autem, reurrectionem omnium fore in crepusculo Sole existente in Oriente, & Luna in Occidente, quia in tali dispositione Sol & Luna creduntur esse creata, ut sic eorum circulo compleatur penitus per reditum ad idem punctum, unde de Christo creditur, quod illa hora resurrexerit. 8. Sed hac omnia probabiliter tantum cogitantur; nullum potest dari tempus vel temporis punctum, in quo non alicubi in terris dies sit, alibi verò nox, frustra ergo quæritur, an absolute loquendo die, an nocte Christus sit venturus. Si comparatè respectu nostri horizontis quæstio instituitur, respondemus ex Scripturis hoc nequaquam definiri posse. Satis igitur est, genuinum verborum istorum sensum tenere, quam dubia & incerta ex illis colligere. Idem dicimus de veterum allegoriis, quarum complures ex his verbis texunt. Orig. tract. 30. in Matth. Sicut mundus est ager secundum parabolam quandam, duo generaliter sunt in eo, unus quidem sicut Noa operarius terræ, alter autem sicut Cain operans terram. His talibus in agro huiusmodi constitutis, unus assumetur, h. e. qui similis est Noa operarius terræ & alter relinquitur, qui sicut Cain est operans terram. Talis enim est omnis, qui odit fratrem suum, & propter odium fratris homicida à Johanne appellatur. Sic autem & de animabus molentibus in gravi mola mundi vel corporis, bona quidem anima assumitur, mala autem relinquitur, donec digna efficiatur assumi. Aut ita. Duo in agro sensus hominis boni & sensus hominis mali. Sensus bonus assumitur, malus relinquitur. Hilarius can. 26. in Matth. Duos in agro, h. e. duos populos fidelium & infidelium in seculo tanquam in vita huius opere dies Domini deprehendet, separabuntur tamen relicto alio vel alio assumto. De molentibus quoque paratio est. Mola opus legis est. Sed quia pars Judæorum, ut per Apostolos creditur, ita per Heliam est creditura & iustificanda per fidem est, idè una per eandem fidem boni operis apprehendetur, alia verò in fructuoso legis opere relinquetur, molens incassum & non factura cælestis cibi panem. Duo autem sunt in lecto eandem passionis Dominice requiem predicantes, circa quam & hereticorum & Catholicorum eadem atque una confessio est. Sed quia unitatem Patris & Filii & communem eorum Deitatem Catholicorum veritas predicabit, & eandem rursum plurimis contumeliis hereticorum falsitas impugnet, idcirco ex duobus in lecto alter relinquitur, & alter assumitur, quia fidem confessionis utriusque in uno assumendo, & in altero relinquendo divini arbitrii iudicium comprobabit. Ambros. in cap. 17. Luc. Fortasse mundus iste pistri- num est, in quo aptius reor, quod humani corporis forma referatur, in quo anima nostra velut quodam carcere includitur corporali, panem, si consulas boni, operatur cælestem. In hoc ergo pistri- num molendo madefactum & gravi humore corruptum non potest interiora ab exterioribus separare, & ideo relinquitur, quia ejus similitudo displicuit. At verò sancta Ecclesia vel anima nullis maculatur contagii delictorum, quæ ale molit triticum, quod Solis æterni calore sic torridum, quod Deus quemadmodum voluit, sic vestivit, & Angeli ab omni purgamentorum labe mundarunt, bonam similitudinem de penetrabilibus hominum Deo offerens sacrificii sui libamenta com-

mendat. Nec solum due molentes, sed etiam operantes duo erunt in agro uno, è quibus assumetur unus. Bonus seminator, qui non supra vias seminaverit, sed supra aratum & cultum solum, ut fructum humilitate pressum, non jactatione dispersum terra multiplicet. Relinquitur autem seminator zizaniorum. Est seminator carnalis, est etiam spiritualis &c. Sunt in nobis due mentes, altera exterioris hominis, qui corrumpitur, altera interioris, qui per Sacramenta renovatur. Nec solum due mentes in nobis, sed etiam due leges &c. Iste igitur sunt operantes in agro nostro, quarum altera bonum fructum diligentia dat, altera amittit incuria. Similia occurrunt lib. 1. de Cain & Abel cap. 8. ubi per duas molentes Christum & Synagogam; mentem bonam & improbam interpretatur; quod ferè sensu etiam Paulinus Epist. 5. ad Sulpitium per duos in agro carnem & Spiritum, per duas molentes duas mentes intelligit. Hieronymus in cap. 24. Matth. itidem ad Synagogam & Ecclesiam accommodat: In duobus, inquit, qui pariter in agro commorantur, & in duabus, que pariter molunt, vel Synagogam intellige vel Ecclesiam, quod simul molere videantur in lege, & de eisdem Scripturis farinam terere Preceptorum Dei, vel ceteras hereses, que de utroque Testamento aut altero videntur molere farinam doctrinarum suarum, & cum unum nominis Christiani propositum habeant, non eandem mercedem recipient, aliis assumtis, & aliis derelictis. Autor operis imperf. hom. 51. in Matth. Per agrum intelligitur mundus. Duo ergo in agro, sunt omnes Christiani in mundo viventes eodem, non tamen iisdem actibus conversantes. Omnes justi in uno homine figurantur & omnes peccatores in uno &c. Una mulier molens Ecclesia Christi, de qua Matt. 13. v. 33. Simile est regnum cælorum fermento, quod accipiens miscuit mulier in tribus farine mensuris. Mola est orbis terrarum propter rotunditatem. Lapis superior est verbum veritatis, quod descendit de celo, ut terrena omnia complectatur & protegat simul & premar & molat. Dicitur autem lapis propter fortitudinem suam. Subterior autem sive inferior lapis est omne verbum impietatis, quod lapis dicitur propter duritiam suam, quod de Spiritu mundi deorsum ascendit, ut suscipiat omnia deorsum venientia verba & adverteretur verbo veritatis. Hec ergo Ecclesia molens, h. e. predicans, circumducit verbum veritatis, h. e. superiorem lapidem cælestem & circumducit per orbem terrarum super omne genus humanum, ut quotiescunque sub gremio verbi desuper miserit Deus, molat eos, catechizet & cogat eos deponere corticem veteris hominis inutilem & insuavem, ut exuti fiant pure medulle & Spiritus, id est, ut jam non sint caro, sed Spiritus, & fiat similitudo mundissima & digna ad sacrificium Dei &c. Sed & altera mulier, hereticorum scilicet Ecclesia, videtur molere & verbum mendacii leve & fragile circumducit, propterea neque molet, quia non habet virtutem divinam verbum eorum, nec est lapis superior &c. hec ergo assumetur, quæ & videtur Ecclesia & est, illa autem relinquetur, quæ videtur & non est. Augustin. lib. 2. qq. Evang. q. 44. Triæ genera hominum hic videntur significari. Unum eorum, qui otium & quietem eligunt, neque negotiis secularibus, neque negotiis Ecclesiasticis occupati, quæ illorum quies lecti nomine significata est. Alterum eorum, qui in plebibus constituti reguntur à doctoribus agentes ea, quæ sunt huius sæculi, quos ut

famina.

faminarum nomine significavit, quia consiliis peritorum regi eos expedit, & molentes dixit propter temporalium negotiorum orbem & circuitum, quas tamen in uno molentis dixit, in quantum de ipsis rebus & negotiis suis præbent usibus Ecclesie. Tertium eorum, qui operantur in Ecclesia ministerio, tanquam in agro Dei de qua agricultura loquitur Apostolus, Dei sumus adjucores, Dei agricultura, Dei edificatio estis. In his ergo tribus generibus bina sunt rursus genera hominum in singulis, & pro robore virium suarum discernuntur. Cum enim omnes ad Ecclesie membra pertinere videantur, adveniente tamen tentatione tribulationis & ex illis, qui sunt in otio, & ex illis, qui sunt in negotiis seculi, & ex illis, qui Deo ministrant in Ecclesia; aliqui permanent, aliqui cadunt. Qui permanent, assumuntur; qui cadunt, relinquuntur. Similia occurrunt apud Bedam in c. 24. Matth. & Isidor. in l. allegor. Hujusmodi allegorias tanquam foliorum ornamenta suo loco relinquimus, modò ante omnia de solido & salutarum fructu ex his verbis percipiendo solliciti simus, cujus præcipuæ partes superius sunt enumeratæ. Videmus enim 1. diem iudicii fore diem ἀφορισμῶν ac ἀκριβείας, diem separationis, per quam invicem separabuntur, qui in hac vita fuere conjunctissimi. 2. non omnes fore salutis vel interitus participes, qui in hac vita focii fuere. 3. locum aut statum aut opus aut vitæ genus aut cohabitationem Sanctorum, per se neminem salvare, sed cordis affectum in die iudicii respiciendum. 4. neminem vel ob sexus vel status conditionem à salute excludi, Theophyl. in cap. 24. Matth. Discimus ex hoc loco, quod & servi & mulieres à virtute non impediuntur. 5. non esse nimium fidendum alterius consortio, ut per eum nos putemus salvari posse. 6. nec expectandum, ut socius etiam Deo serviatur, sed cui libet incumbere, ut expeditus ab omnibus vinculis ad propositam salutis metam celeriter currat. 7. præparationem ad diem iudicii non esse differendam usque ad illud tempus, quo Christi adventus ex signis immediate connexionis præsentatur, tunc enim nullum præparandi supererit spacium, sed repentina & inopinata sequetur separatio. 8. in mediis laboribus excutiendam omnem securitatem, animum ad Deum elevandum & adventum iudicis perpetuò esse expectandum.

Posterior hujus pericopes pars πνευματικῆς exhortationem. 2. Exhortationem rationem. 3. Rationis amplificationem sive uberiores explanationem. 4. Epiphonematicam tum propositionis, tum rationis repetitionem. 1. Propositio exhortatoria sic habet: Cavete igitur, vigilate & orate omni tempore deprecantes, ut liceat vobis effugere ista omnia, quæ futuræ sunt, & stare ante Filium hominis. In hisce verbis Christus nos exhortatur 1. ad vigilandum 2. ad orandum, quibus partibus necessaria ad diem iudicii præparatio absolvitur. Verbum βλέπετε generale est ad utramque exhortationis materiam, videlicet tum ad vigilantiam, tum ad preces respectum habens, videte, ut vigiletis & oretis. Est enim 1. vocula attentionis significans idem, quod προσέχετε, quo verbo in priore hujus pericopes parte Lucas eadem significatione utitur, ac quod Marc. 12. v. 38. dicitur, βλέπετε à Scribis, illud Luc. 20. v. 46. sic exponitur, cavete à Scribis. Sic Marc. 4. v. 24. βλέπετε quæ audistis, h. e. non obiter & oscitanter, sed sum-

mà cum attentione verbum audite. 2. requirit spirituales prudentiam, ut scilicet oculos cordis aperiant, ac probè considerent, quàm necessaria sit digna ad iudicii diem præparatio. In hac significatione usurpatur Matth. 24. v. 4. Marc. 13. v. 5. Videte, ne quis vos seducat, quo in loco uti etiam in hoc ipso Syrus reddidit per וידעו videte, prospicite, aperite cordis oculos, ne quis vos speciosis corruptelis seducat Philip. 3. v. 2. βλέπετε τὰς νύκτας, βλέπετε τὰς κακὰς ἐργασίας, βλέπετε τὸ κατὰ τοὺς πόδας, ne fitis somnolenti, sed vigilantibus oculis omnia lustrate, ne lupi ad Ecclesie ovile irrumpant. 3. requirit etiam sollicitam cautelam, ut de salute sua seriò sint solliciti ac summo studio caveant ea, quæ vigilantia & precibus adversantur ac consequenter necessariam ad diem iudicii præparationem impediunt. Sic Marc. 8. v. 15. βλέπετε cavete à fermento Phariseorum. Hebr. 12. v. 25. Cave, ne recusetis loquentem. Ut autem in aliis locis hæc tres significationes verbi βλέπετε ut plurimum conjunguntur, ita quoque idem hoc loco accidit, Christus enim hoc verbo ad attentionem discipulos suos excitare ac spirituales prudentiam & sollicitam cautelam ipsorum animis hoc verbo subjungitur specialis exhortatio 1. ad vigilandum Matthæus ponit verbum γρηγορεῖτε, Lucas ἀγρυπνεῖτε, Marcus utrumque conjungit, nam in propositione utitur verbo ἀγρυπνεῖτε, quod in repetitione propositionis explicat per verbum γρηγορεῖτε, γρηγορεῖν & quod usitatus ἐγρηγορεῖν propriè de corporis vigilia accipitur Nehem. 7. v. 3. Matth. 26. v. 40. Marc. 14. v. 37. 1. Thess. 5. v. 10. ac opponitur verbo καθεύδω. Aristoph. in Pluto. τὴν νύκτα ὄλην ἐγρηγορασάν, totam noctem in somnum duxerunt. In hac significatione paulò post accipitur de patre familias vigilante contra furis irruptionem. Apud Clement. Alexandr. lib. 2. pædag. c. 9. Angeli dicuntur ἐγρηγοροί, qui per quos Daniel c. 4. v. 10. vocat נְרָרִים vigiles, perpetuo vigilantes, nunquam dormientes. Metaphoricè de animi vigilia accipitur, quæ significatio Christo & Apostolis longè usitator Matth. 25. v. 13. Luc. 12. v. 37. Act. 20. v. 31. 1. Cor. 16. v. 13. Coloss. 4. v. 2. 1. Thess. 5. v. 6. 1. Petr. 5. v. 8. Apoc. 3. vers. 2. cap. 3. v. 3. cap. 16. v. 15. LXX. hoc verbo utuntur pro ἡγρυπνῶν vigilavit alicui rei, intentus fuit ad aliquod negotium, sollicitus fuit de aliquare Jerem. 1. v. 12. cap. 31. v. 28. cap. 44. vers. 2. Thren. 1. v. 1. Dan. 9. v. 14. ac semper alacritatem quandam includit, quæ significatio ad metaphoricam proximè accedit. Syrus habet verbum וידעו estote expurgati, excitati. Eadem est ratio verbi ἀγρυπνεῖν, quod idem propriè de corporis vigilia accipitur, dicitur enim ἀγρυπνεῖν quasi ἀγρυπνῶν in somno. 2. Corinth. 6. v. 5. c. 11. v. 27. metaphoricè autem ad animi vigilantiam sive vigilantiam accommodatur Ephes. 6. v. 18. Heb. 13. v. 27. cujus significationis exempla etiam apud profanos scriptores occurrunt. Lucianus dicit ἀγρυπνεῖν τοῖς καίσις invigilare occasionibus, attentè occasiones observare LXX. utuntur pro וידעו corde vigilavit Cant. 5. v. 2. ac pro וידעו Esdr. 8. v. 28. Job. 21. v. 32. Prov. 8. v. 34. & c. Syrus reddidit per וידעו quod & corporis & animi vigilantiam significat, sicut etiam tum γρηγορεῖν Matth. 26. v. 38. & 41. Marc. 14. v. 34. & 38. tum ἀγρυπνεῖν Prov. 8. v. 34. Sap. 6. vers. 14. de utroque vigilantia genere in uno eodemque Scripturæ loco interdum usurpatur. Inde quidam statuunt etiam

etiam hoc in loco de utraque tūm corporis tūm animi vigilia usurpari. 1. quia quamvis Christus non prohibeat somnum naturalem, quo ad valetudinis conservationem nemo hominum in hac vita care-re potest, tamen in eo debitam moderationem adhibendam esse innuit. 2. qui somno nimium indulgent, in vocationis operibus sunt desides ac remissi, ac obtusos habent sensus. 3. ex hoc verbo γεννησθε πει veteres occasionem acceperunt, introducendi ritum nocturnarum vigiliarum & precum in Ecclesiam, ut apparet ex Lactant. l. 7. Inltic. c. 19. & Gregor. Nyssēn. de festo Pasch. Sed quia Christus addit, vigilandum esse *omni tempore*, & quia corporalis vigilia, absq; spirituali parum prodest, ideo rectius dicitur, Christum non *de corporis*, sed *animi* ac mentis vigilia hoc loco, vel unice vel certè potissimum agere, de qua etiam pii veteres hanc exhortationem exposuerunt. ratio vigiliarum nocturnarum ex persecutionibus potius in primitiva Ecclesia originem traxit, quia enim ob persecutorum sævitiam interdū conventus agere, haudquaquam Christianis licuit, ideo antelucanos conventus instituere coacti fuerunt, ut ex Plinii secundi Epist. Tertull. de fuga in persecut. & Apolog. adv. gentes manifestum. Complectitur autem hæc vigilantia 1. *quotidianam novissimi diei memoriam & perpetuam adventus Christi expectationem*. Eam enim per hanc γεννησθε intelligi docet parabola de servis, reditum Domini sui è nuptiis vigilantanter expectantibus, quibus Christus fideles vult esse similes Luc. 12. v. 35. *Sint lumbi vestri præcincti & lucerne ardentes* v. 36. *& similes sitis hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit & repulserit, confestim ei aperiatur*. Quisquis ex servis vigilat, paratus ostium aperire & dominum è nuptiis redeuntem, quamprimum pulsaverit, excipere, is suo rectè fungitur munere, unde statim additur v. 37. *Beati illi servi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes*. Qui verò securè somno sese tradit, nec cogitat dominum citò rediturum, is in suo officio negligens est & plagas suæ desidiæ lucratur. 2. *solicitam curam & quotidianam ad diem iudicii præparationem*. Eam per hanc vigilantiam intelligi apparet ex eo, quod Christus ἐζηγῆσθε loco apud Matthæum v. 44. subjicit: *Estote parati*. Qui corporaliter dormit, non est sollicitus de imminetibus periculis ac adversis, sic spiritualiter dormire censendus est, qui non est sollicitus de malis in die iudicii orbi superventuris; contra verò vigilat, qui sollicitè cavet, ne dies iste ipsum imparatum inveniat, ac proinde per veram poenitentiam ad eum quotidie sese præparat. Talem igitur hujus diei memoriam requirit Christus, vigilare jubens, quæ conjuncta sit cum pia sollicitudine & seriâ salutis cura Phil. 2. v. 12. *Qui corporaliter dormit, nec divitiis nec delictis præsentibus afficitur, sic spiritualiter dormire censendus est, qui nullâ salutis suæ curâ tangitur*. 3. *perpetuam sobrietatem*. Eam requiri, sub vigilantia nomine docet Christus in præcedentibus, quando à crapula & ebrietate nos dehortatur, cui hæc ad vigilantiam exhortatio ἀρτιδερκιδος subjungitur. Idem docent Apostoli, quando sobrietatem cum vigilantia conjungunt 1. Thess. 5. v. 4. *Vos non estis in tenebris* (ignorantiæ & peccatorum) *ut vos dies illa tanquam fur comprehendat*, v. 5. *Omnem enim vos filii estis & filii diei* (non per Naturam, sed per

illuminationis gratiam) *non sumus noctis nec tenebrarum*, v. 16. *igitur non dormiamus sicut ceteri* (veterano securitatis & peccatorum oppressi) *sed vigilemus & sobrii simus*, v. 7. *Qui enim dormiunt, noctu dormiunt, & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt*, v. 8. *nos autem qui dies sumus, sobrii simus*. 1. Pet. 5. v. 8. *Sobrii estote & vigilate*. 4. *in operibus vocationis sedulitatem*. Qui corporaliter dormit, non peragit officia suæ vocationis, sic spiritualiter dormire censendus est, qui opus Domini facit negligenter Jerem. 48. v. 10. *contra verò vigilat, qui ministerium suum implet, in qua significatione vigilandi verbum in Lat. vers. usurpatur* 2. Tim. 4. v. 5. *Quando igitur Christus nos vigilare jubet, inter cetera etiam diligentiam in peragendis operibus vocationis requirit, ne Dominus ad iudicium veniens inveniat nos vel otiosos vel circa aliena curiosos, sed in commisso munere negotiosos* 1. Thess. 4. 11. *Hanc diligentiam in peragendis vocationis officiis vigilantia nomine requiri docet parabola de talentis inter servos distributis in c. sequenti apud Matthæum subjecta*. 5. *securitatis & peccatorum fugam*. Christum vigilantia præcepto etiam hoc requirere, ut à peccatis, cum primis verò à fonte omnium peccatorum securitate nobis caveamus, ostendit præcedens collatio temporum novissimorum & antediluvianorum: *Sicut erant in diebus Noe ante diluvium, edebant, bibebant, uxores ducebant, h. e. supinæ securitati immergi erant: ita etiam erit adventus filii hominis*. Huic collationi cum exhortationem ad vigilantiam subjiciat, imò ex ea illam deducat, ex eo manifestum est, quod securitati passim circa mundi finem invaliduræ hoc præceptum vigilantia sit oppositum, idem docet Apostolus 1. Thess. 5. v. 3. *Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis supervenit interitus*, v. 4. *Vos autem fratres non estis in tenebris*, v. 6. *igitur non dormiamus sicut ceteri*, v. 8. *sed sobrii simus induiti loriceam fidei & caritatis & galeam spem salutis*. Quemadmodum miles in excubiis à duce constitutus non debet arma suæ à pariete suspendere & altum dormire, sed stare armis suis indutum & vigilare: sic piæ debent esse muniti spirituali armaturâ fidei, spei & caritatis, cum sint filii lucis, ideo *abjiciant opera tenebrarum & induant arma lucis* Rom. 13. vers. 12. *Quemadmodum is, qui corporaliter dormit, vestes & arma deponit, ut ad somnum sit expeditior, sic spiritualiter dormire censendus est, qui vestem justitiæ & arma lucis deponit, in peccatis securè pergit, ac si non pranosceret vel certè non curaret, pericula à die novissimo metuenda*. Contra verò vigilat, qui armis lucis indutus in sanctitate & justitia ambulat, ut Domino ad iudicium venienti placeat. Ita exponit Christus ipse hanc spiritualem vigilantiam Apocal. 16. vers. 15. *Beatus, qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus*. Quemadmodum is, qui corporaliter dormit, otiose desidet vel recumbit, non autem pedibus progreditur, sic spiritualiter dormire censendus, qui non progreditur in stadio ac studio bonorum operum, non ambulat in viâ Domini, sed veterano peccatorum oppressus jacet, contra verò spiritualiter vigilat, qui in bonis operibus ambulat Eph. 5. v. 8. *Eratis quondam tenebrae, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulate*, v. 6. *in cavendis Satanae & mundi insidiis prudentiam*.

Qui

Qui corporaliter dormit, non cavet sibi ab insidiis furum vel hostium, sed qui vigilat: sic spiritualiter dormire censendus est, qui non observat *μυστήρια* Diaboli Ephes. 6. v. 11. & varias insidias perverſi hujus ſeculi. Vitia ſæpè mentiuntur virtutum faciem, ſicut Potea canit, *fallit enim vitium ſpecie virtutis*, vigilantia igitur, prudentia ac circumſpectione opus eſt, ne ab illis decipiamur. Diabolus furis inſtar theſauro pietatis inſidiatur, prudenter igitur omnes obſtruendæ ſunt rimæ, per quas ad nos irrumperere conatur. 1. Cor. 16. v. 13. *Vigilate, ſtate in fide*, quæ ſcilicet poſſitis Satanæ & omnibus hoſtibus reſiſtere 1. Pet. 5. v. 9. Johannes in Apocalypſi cap. 4. v. 6. videt animalia plena oculis antè & retrò. Ejusmodi animalia *πολυοματά* debent eſſe omnes pii, ut antè & retrò, à dextra & ſiniſtra Satanæ inſidias proſpicere & cavere poſſint, cum ipſe antè & retrò à dextra & ad ſiniſtram eos undiquaque adoriatur. 7. *Circumſpectam corporis & anime cuſtodiam*, ſicut in cibo & potu, ita quoque in ſomno debita & circumſpecta adhibenda eſt moderatio, ne & corpori & animæ noxa aliqua & ſomnolentia attrahatur, ſuperfluous ſomnus non corpori ſolum, ſed etiam animæ noxius eſt, gravat Naturam, hebetat ſenſus, rationem obſcultat, vitii nutrimentum præſtat, ut ex ebrietate & ſcortatione appareat; contrà verò vigilantia ſtudio virtutis videl. caſtitati, ſobrietati, orationi adminiculum quoddam præſtat. Hæc omnia Chriſtus complectitur, quando à fidelibus ſuis, quos in perſona Apoſtolorum alloquitur, vigilantiam requirit, quæ de re ſic diſſerunt pii veteres. Hilarius can. 26. in Matth. *Paratos nos eſſe convenit, quia dies ignorantio intentam ſollicitudinem ſuſpenſa expectationis exagitat*. Ambroſ. lib. 5. de fide cap. 8. *Nobis ſcire non proderat, ut dum certa futuri iudicii momenta neſcimus, ſemper tanquam in excubiis conſtituti & in quadam virtutis ſpecula collocati peccandi conſuetudinem declinemus, ne nos inter vitia dies Domini deprehendat*. Petrus Chryſologus ſerm. 22. *Sint lumbi veſtri præcincti; ibi præcingenda eſt virtus, ubi voluntas comprimenda*. *Neſcit vincere vitia corporis, virtutis cingulum qui deponit*. *Cincti ergo caſtitati baltheo, quod eſt inſigne militiæ Chriſtiane, fluxam carnis detruncemus ignaviam & Regis noſtri expectatione pervigiles inſomnem ſomnum ſeculi neſciamus &c.* Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. *Beati, in quorum manibus bonorum operum lucent lucernæ, ſic enim luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant bona opera veſtra &c.* Et ut lucerna ante oculos, opus bonum in mentibus ſic refulget. *Non portanti tantum lucerna lucet, ſed multis, & opus bonum dum factum in uno lucet, multos illustrat exemplo*. *Lucernæ repellit noctium obſcura, opus bonum malitiæ fugat tenebras*. Gregor. homil. 13. in Evang. *Vigilat, qui ad aſpectum veri luminis mentis oculos apertos tenet; vigilat, qui ſervat operando, quod credit; vigilat, qui à ſe temporis & negligentia tenebras pellit*. Theophyl. in cap. 24. Matth. *Vigilare jubet & præparari, h. e. habere virtutis opera, quaſi in theſauro quodam reſpoſita, ut cum venerit Dominus repente, id quod vult poſſimus dare*. Euthymius ibid. *Per vigiliam ſive vigilantiam intellige, non ſolum ſomni temperantiam, verum etiam omnimodam attentionem & cuſtodiam*. Ad hanc vigilantiam excitare nos debet tum inſigne, quod ex ea percipimus, commodum, tum maximum, quod ex ejus neglectu metuen-

dum eſt, periculum. De commodo dicit Chriſtus Luc. 12. v. 37. *Beati illi ſervi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis*. Chryſologus ſerm. 24. pulcherrimè offendit, omnibus artificibus vigilias eſſe utiles. *Semper & ad omnia, inquit, vigilias eſſe ſalutares nullus ignorat, quia reverà plus vigilare plus vivere eſt. Nam quid tam mortis ſimile, quam dormientis aſpectus? quid tam vitæ plenum, quam forma vigilantis? &c.* *Quæ ars, quod opus, quod tempus, qua poteſtas, quod officium, non vitæ lucra lucubratione perquirat? hinc eſt, quod Rex in prociſu per vigil callidi hoſtis præcavet, & evitat inſidias, tunc in caſtris miles ſupervenientes nocturnos impetus cauti pernoſtatione propellit. Sic nauca vigilando diſſuſi vitæ incertas vias intrat & calles tranſit invioſ & veſtigio furtivo ad lucri poſtus vitæ pervenit manſionem.* *Hinc paſtor adjungit noctes diebus & totum ſibi tempus denegat dormiendi, ne qua lupis ſuffragante ſomno graſſandi in gregem præbeatur occaſo, Sic viator ſolers per auras noctis aſtus Solis prævenit, atque diem providentiis deputat manſioni &c.* *Pari ratione ſpiritualis vigilia omnibus fidelibus eſt utilis & neceſſaria. Qui mane ad vigilaverint, inquit Sapientia Prov. 8. v. 17. inveniet me v. 34. Beatus, qui vigilat ad fores meas quotidie v. 38. Qui me invenerit, inveniet vitam. Sap. 6. v. 16. qui vigilaverit ob ſapientiam, citò ſecurus erit.* *Vigilantibus paſtoribus Bethleemitis nativitatibus Dominicæ nunciū aſſertur Luc. 2. verſ. 8. Beatus, qui vigilaverit, quando in hora iudicii audietur clamor Angelorum: Ecce Sponſus venit, procedite ei obviam, Matth. 25. v. 6. Contrà verò Simſon dormiens ſuam fortitudinem Jud. 16. v. 19. Saul haſtam & ſcyphum 1. Sam. 26. 12. Siſſara Jud. 4. v. 21. & Holofernes Jud. 13. 10. vitam ſuam in ſomnis amiſerunt, quo denotatur, ſtertentibus in ſomno peccatorum & ſecuritatibus, ſpirituale robur, & animæ ſalutem amiſſuros. Vigilandum autem Chriſtus docet *επι παντοτεως*. Quidam hunc *πρωσδιοριςμον* referunt ad verba ſequentia videl. ad orationem, ſed commodius ad utrumque videl. tum ad vigilandum, tum ad orandum referunt. Ut enim omni tempore orandum, ita quoque omni tempore vigilandum, ſicut probat addita ratio. *Vigilate, quia neſcitis quâ hora Dominus veſter ſit venturus, q. d. quia neſcitis, quâ horâ Dominus veſter ſit venturus, ideo omni horâ ejus adventum debetis expectare, ac proinde omni horâ, h. e. omni tempore vigilare.* *Beatus homo, qui ſemper pavet, indurans autem cor ſuum, cadet in exitium, ait Salomon Prov. 28. v. 14. Idem probat ſubjecta parabola de ſervo omnibus horis & momentis reditum domini ſui expectare juſto, cui fideles ſuos Chriſtus conformes eſſe voluit. Neque verò hoc eo ſenſu accipiendum, quaſi in perpetuâ corporis vigiliâ ſit perdurandum, ſed de ſpirituali vigilantia Chriſtus hinc loquitur, quæ cum ſomno corporali moderato optima ratione conſiſtit. docente Apoſtolo 1. Theſſ. 5. v. 10. Poſtquam enim dixiſſet, pios non debere dormire, ſed vigilare, ſubjuxit, *Chriſtus mortuus eſt pro nobis, ut ſive vigilemus; ſive dormiamus, ſimul cum illo vivamus, eo ipſo offendens, ſomnum corporeum nequam vigilantia illi ſpirituali adverſari, poteſt enim quis etiam in ſomno paratus eſſe ad Domini adventum, quando ſcil. ante ſomnum per preces ad***

eum

euni sese componit & in somno corde suo ad Deum vigilat, sicut sponsa dicit Cant. 5. v. 2. Ego dormio & cor meum vigilat. Esa. 26. v. 9. Anima mea desideravit te in nocte ac Spiritu meo in precordiis meis de mane vigilabo ad te. Hebr. quamvis te. Cum hac vigilantia conjungere Christus jubet serias preces. *Vigilate*, inquit, & omne omni tempore deprecantes, *προσευχασθε δευροαι*. Inter *προσευχω και δεησι*, quæ hoc loco, ut etiam Act. 1. v. 14. Ephes. 6. v. 18. 1. Tim. 2. v. 1. c. 5. v. 5. conjunguntur, tale statuitur discrimen, quod *προσευχη* sit votum ad Deum directum, quod aliud optamus, *δεησις* vero oratio, quæ petimus, *προει*, quibus nobis opus est, seu quibus indigemus; vel quod *προσευχη* sit petitio, in qua res & bona ad salutem necessaria à Deo flagitantur; *δεησις* vero deprecatio, cum pro averfione malorum Deo fiunt deprecationes, quod discrimen quamvis non sit perpetuum, huic tamen loco optimè congruit, quia jubemur orare, ut digni reddamur effugere mala ventura, quod pertinet ad *δεησι* & stare ante filium hominis, quod pertinet ad *προσευχω*. Syrus utrobique habet verbum *προσευχω*, precatus est. Complectitur autem Christus in hac exhortatione ad preces tum tempus, tum materiam & consequens, sive fructum istarum precum. De tempore dicit, orandum esse *εν παντι χρόνω*, quia monuimus superius hunc *προσευχομενον* ad utrumque membrum, videl. ad vigilantiam & ad preces esse referendum. Jubemur verò orare omni tempore, non quod exterior oratio, quæ ore profertur, omnibus omnium temporum momentis à piis requiratur, sicut Euchitæ, Audiani ac Messalini olim hoc intellexerunt, sed quòd debeamus orare *παντοτε* in omnibus non solum adversis, sed etiam prosperis, ubique enim Dei gratiâ & auxilio indigemus, & non *εκακειν* segnescere, *ελαγνεσcere*, *defatigari* precando, animum despondere & quasi pedem in certamine referre ac succumbere, *εκακειν* enim est *δοποκακειν* *προει* *και* *νικαι* *προει* *νικαι* malo Eph. 3. v. 13. Hoc modo præceptum illud, quod debeamus omni tempore orare, exponit ipse Christus Luc. 18. v. 1. Paulus 1. Theff. 5. v. 16. sic exponit quod debeamus orare *αδυναστίας*. Non ergo intelligitur omnimoda & nunquam interrupta temporis continuatio, nec ipsius externæ actionis sempiternitas, sed innuitur assiduitas & devotio mentis credentis & perseverantis, nec ob diffidentiam Deo obmurmurantis, sed patienter ei obsecundantis, ipsique sese totam commendantis & opem præstolantis; id quod Evangelistæ & Apostoli alibi dicunt *προσεκαρτερεν τη δεησι* Act. 10. v. 14. c. 2. v. 42. Rom. 12. v. 12. Col. 4. v. 2. & *εξουπνεον εν παση προσκαρτησει και δεησι* Ephes. 6. v. 18. *προσευχω εν παντι ποιειν* Act. 12. v. 5. &c. ut sinceræ devotionis & instantiæ continuatio exprimitur. August. de heres. ad Quod vult. hæres. 57. *Eucbitæ tantum orant, ut eis, qui hoc de illis audiunt, incredibile videatur. Nam cum Dominus dixerit, oportet semper orare & non desicere, & Apostolus, sine intermissione orate, quod sanissime sic accipitur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi, isti ita animis hoc faciunt, ut hinc judicentur inter hæreticos nominandi.* Idem Epist. 121. ad Probam cap. 9. exponit hoc de oratione, ut sic loquar, *reali*, quando quis continuo bonorum operum studio sese mentem ad Deum elevatam habere ostendit. *Quod ait Apostolus, sine intermissione orate, quid est, inquit, aliud, quam beatæ Harm. Tom. II. vel Gerhard. Contin. pars prim.*

tam vitam, quæ nulla nisi æterna est, ab eo, qui solus eam dare potest, sine intermissione desiderare. Semper ergo hanc à Domino Deo desideremus & oremus semper. Sed ideo ab aliis curis atq; negotiis, quibus ipsum desiderium quodammodo tepefcit, certis horis ad negotium orandi mentem revocamus verbis orationis nos ipsos admonentes, in id, quod desideramus, intendere, ne quod tepefcere caperent, omnino frigescat & penitus extinguatur, nisi crebris inflammetur. Materia precum, sive quid sit orandum, exponitur in his verbis, ut digni reddamini, effugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis. Pro *καταξωθητε* quidam Codd. legunt *καπουστε*, ut valeatis effugere, sed antiquissimi & probatissimi Codd. legunt *καταξωθητε*, quod est emphaticum. Erasmus reddidit, ut liceat vobis effugere, sed Græcum est significantius, ut digni reddamini vel efficiamini, Luc. 20. v. 35. *οι καταξωθητε*, qui digni habebuntur isto seculo. Act. 5. v. 41. *λατουντες*, qui digni essent habiti pro nomine Christi contumeliam pati. 2. Theff. 1. v. 5. *εις το καταξωθητε*, ut digni habeamini regno Dei. Syrus reddidit *ידון* ut idonei & digni statis à rad. *ידון* idoneus, dignus estimatus est. Voluit autem Christus hac voce ostendere, tum quod non sit nostris meritis vel nostræ dignitati tribuendum, si effugere liceat ventura mala, sed in solidum divinæ gratiæ, quæ non invenit, sed facit nos dignos; tum quod in hac vita oporteat nos reddi dignos per veram in Christum fidem, si velimus in die iudicii consistere, ideo non dicit, *omte*, ut effugiatis mala, sed *ut digni reddamini effugere*, nemo enim in die iudicii poterit mala effugere, & coram Filio hominis consistere, nisi in hac vita per Dei gratiam fide ac precibus obtinendam ad id dignus fuerit factus. Duo verò sunt, ad quæ nos dignos reddi oportet. Primò quidem, ut possimus effugere illa omnia, quæ ventura sunt. Quidam Codd. addunt *πενε*, quidam vero omittunt, sine ulla sensus jactura. Intelliguntur vero per illa tum mala novissimum diem antecessura, de quibus in præcedentibus plurimum egerat, tum vel maximè ea, quæ in ipso iudicii die impios ac imparatos oppriment, quod videl. dies ille instat laquei impis superveniens æterno eosdem exitio involvet Theophyl. in c. 21. Luca: *Quid intelligit per futura omnia? fortassis tempestates & fames & pestilentias atq; alia, quæ electos non ita prement, ut alios, imò propter electos aliis denotabuntur. Fortassis item mala, quæ sunt peccatoribus perpetuò superventura, quæ aliter non possumus effugere, quam vigilantia & oratione. Quamvis enim mala novissimum diem præcessura videantur omnibus fore communia, quinimo pios gravius pressura, quam impios, cum illi persecutiones sustineant, hi vero inferant, tamen pii per Dei gratiam multis ac variis modis illa mala effugere possunt, vel quia Deus placida morte illos ex hac vita evocat, antequam mala illa ingruant, vel quia Deus piis precibus invocatus mala illa mitigat, vel quia Spiritum roboris & virtutem tolerandi piis concedit ac largissima cœlestium & æternorum præmiorum retributione omnem malorum tolerantiam ipsis abundè compensat, adeo ut cum mala illa impiis sint initia æternorum cruciatuum, piis sint exercitia fidei, patientiæ & aliarum virtutum, adeoque salutis quædam quasi adminicula Act. 14. v. 22. Rom. 8. v. 18. 2. Cor. 4. v. 17. 2. Theff. 1. v. 4. & 5. 2. Tim. 2. v. 12. &c. Deinde, ut possumus stare ante*



*Filium hominis.* Primario ac principaliter hic agitur de alacritate, quã pii in die iudicii faciem Christi ad iudicium venientis intuebuntur, hoc enim est *σάβη-  
ναι* intrepidè ac alacriter consistere coram iudice & ejus tribunali. *Omnes nos oportet φάραγμα* manifestari coram tribunali Christi 2. Cor. 5. v. 10. *omnes  
ὡς ἄνθρωποι δεῖτα* sistemur coram tribunali Christi Rom. 14. v. 10. *omnes congregabuntur ante Filium hominis  
futurum omnium iudicem* Matth. 25. v. 32. sed non omnes coram ipso stabunt, h. e. non poterunt illius vultum & sententiam intrepidè sustinere. Psal. 1. v. 5. *Non stabunt impii in iudicio*, ubi in Hebræo est verbum *שָׁבַח* quo etiam Syrus hoc loco utitur, quod significat non solum corpore, sed etiam animo erecto stare, stabilem & firmum esse, causam obtinere, sicut contra causã cadere dicuntur, qui tristem & damnatoriam in humanis iudiciis audiunt sententiam. *A facie iræ ejus quis stabit & quis consistet* *שָׁבַח* in ira furoris ejus? *ira ejus effusa est sicut ignis & petre confractæ sunt ab eo*, inquit Nahum. c. 1. v. 6. sed de piis dicitur Sap. 5. v. 1. *τὸ πνεῦμα ἁγίου*, tunc stabit in multa confidentia iustus contra faciem eorum, qui angustiaverunt eum. Innuat igitur Christus, se in primo adventu venisse humilem, ac magnã lenitate ad pœnitentiam omnes invitasse, tunc verò venturum gloriosum ac magnã severitate eos iudicaturum, à quibus in hac vita est contemptus, ita ut soli illi coram ipso intrepidè consistere possint, qui in hac vita verã fide ipsum receperunt. Secundario ac consequenter per *σάβηναι* coram Filio hominis intelligitur æterna beatorum felicitas, quod faciem Filii hominis cum sanctis Angelis in gloria cœlesti sint intuituri. Quem admodum enim per mala impiis superventura, intelligitur etiam æternum exitium, cui in die iudicii involventur: sic per *stationem coram Filio hominis* ex opposito intelligitur æterna beatitudo, quã in beatifica Dei & Christi à facie ad faciem visione consistit, ut sic prius membrum ad fugam damnationis, posteriùs ad consortium cœlestis beatitudinis referatur. In iisdem verbis etiam consequens & fructus precum continetur, qui enim diligenter orant, illi digni redduntur, ut effugiant mala ventura & consistant coram Filio hominis. Quare verò Christus præcepto vigilandi conjungere voluit mandatum orandi? Resp. variã hujus rei dari possunt causæ. 1. Vigilare & ad diem novissimum paratum esse, non est opus nostrarum virium, sed Dei donum. Jam verò Dei dona non nisi per preces obtinentur. Per preces acquiritur animæ robur Ps. 138. v. 3. *Cum invocavero te, exaudies me, multiplicabis in anima mea virtutem*, vel roborabis in me animæ meæ fortitudinem. Per preces, Deo, qui est animæ nostræ robur ac fortitudo, conjungimur, per preces velut per canales Dei dona ad nos descendunt. 2. Non debemus nostræ vigilantie confidere, sed mentem ad Deum elevare, à quo venit nobis auxilium Ps. 121. v. 1. Nobis ipsis per vires naturales non sufficimus, sed à Deo tum benè agendi, tum mala effugendi virtutem accipere oportet, ideo preces sunt necessariae. 3. Non tantum requiritur, ut per vigilantiam, quod futurum est, regatur, sed etiam ut per condonationem peccatorum in vera pœnitentia precibus obtinendam, quod factum est, tegatur. 4. Nostra vigilantia in hac vita nunquam est modis omnibus perfecta, sed interdum *dormitamus*, sicut in sequente parabola de decem virgini-

bus Christus docet Matth. 25. vers. 5. Requiritur igitur, ut hanc infirmitatem nostram agnoscamus & ex fide Dei misericordiam imploremus. 5. Et initium & progressus & complementum omnis boni operis ac omnis felicitatis est à Deo, citra illius auxilium planè frustraneum est, quicquid vel agimus vel agere desideramus, ideo vigilantiam precibus oportet esse stipatam. Non tantum requiritur, ut vigilemus, sed etiam ut in vigilando perseveremus, jam verò perseverantia in bono non nisi per preces obtinetur. 6. Devota oratio est nuncius fidelis legationis, quem ad Deum ablegamus, si quando exercitum variorum malorum mundo immittere cogitat, ac pro aversione eorum sollicitè deprecamur Luc. 14. 31. & 32. Quare cum Christus hic agat de modo effugiendi ventura mala, orationis etiam mentionem facere voluit. Videmus igitur 1. in corde cujusvis verè pii vigilantiam & preces perpetuò esse conjuncta, sicut etiam Christus non solum in hac ipsa, sed etiam sequente admonitione sua ad discipulos tempore passionis eadem arctissime conjungit Matth. 26. 41. Marc. 14. v. 38. ac Paulus præcipit, ut simus *ὑποπνεύστε ἐν πνεύματι ἐν πάσῃ ἰσχύϊ* Coloss. 4. v. 2. & c. Magnus gubernator navis à Jona requirebat, ut vigilaret & oraret in præsentissimo naufragii periculo Jon. 1. v. 6. sic Christus supremus spiritualis navis, quæ est Ecclesia, gubernator, à nobis omnibus requirit, ut imminente extremo mundi naufragio & vigilemus & oremus. 2. Filiorum Dei hanc esse *σάβηναι* intrepidè coram Christo iudice comparere Rom. 8. v. 33. 3. Alacritatem & *σάβηναι* illam non nisi verã fide ac piis precibus ex pœnitentiã & fidei corde profectis obtineri. 4. In hac vita eandem esse obtinendam, qui enim in hac vita non redduntur digni, ut effugiant mala ventura & coram Filio hominis consistant, illi in die iudicii nec effugere nec consistere poterunt. 5. Piorum esse stare & consistere, impiorum verò retrorsum cadere Johan. 18. v. 6. & c. 6. Totum hoc divinæ deberi gratiæ, quod mala effugere & bonorum participes fieri possumus:

*Munere divino, quod sumus, omne sumus.*

2. Huic ad vigilandum & orandum exhortationi subjicit Christus rationem, quia nescitis, quando tempus sit & quã horã Dominus vester venit. Chrysostomus homil. 78. in Matth. observat, Christum nequaquam dicere, ego nescio, quando tempus sit, sed vos nescitis, ut ostendat, non esse absolute ac simpliciter hoc accipiendum, quod dixerat, *de die illa & hora neminem scire, ne quidem Filium. Nescitis*, inquit, quando tempus sit, scilicet, quo venturus sit Filius hominis ad iudicium, sicut exponitur apud Matthæum: *Nescitis, quã horã Dominus vester venit*, ubi præsens *ἐρχεται* ponitur pro futuro, propter certum, eundem tamen inopinatum ac repentinum adventum, q. d. certò quidem ad iudicandum venturus est Dominus vester ad iudicandum & reddendum unicuique secundùm opera sua, sed incertum est, quo die, quavè horã illud sit futurum, vestrum igitur est, omni tempore vigilare & orare ac proinde ad ejus adventum vos præparare. Nec caret emphasi, quod se vocat *Dominum nostrum*, tum creationis ac dominii, tum vel maximè redemptionis respectu. Quia sanguine suo in peculium nos sibi acquisivit, ideo æquum est, ut ipsi utpote Domino nostro

nostro serviamus, ejusque reditum singulis horis & momentis expectemus. Effica est hæc exhortationis ratio: Filius hominis venturus est ad judicandum & præmiis vel pœnis homines pro conditione & statu, in quo inveniuntur, afficiendum, necessarium igitur est, ut vigiletis & curetis eo in statu inveniri, in quo non pœnis, sed præmiis afficiamini. Quales enim & in quo statu vos invenerit, tale de vobis iudicium feret. Quia nescitis, quâ horâ Dominus vester sit venturus, ideò omni hora vos paratos esse & adventum ejus expectare oportet. Quia dies illa vobis penitus ignota, eosque, quos imparatos offendet, perditura, ideò omni die & hora vigilandum, ne vos imparatos & dormientes inveniat. Alaudit etiam Christus his verbis, *nescitis, quando tempus sit &c.* ad exemplum servorum reditum Domini sui à nuptiis singulis horis, imò momentis expectantium Luc. 12. v. 36. quibus fideles suos vult esse conformes. Et quia non solum dies iudicii, sed etiam dies mortis incertus est, ac æquale periculum subest, sive dies iudicii, sive dies mortis nos imparatos inveniat, ideò quæ de die iudicii hoc loco dicuntur, ea ad diem mortis merito applicantur.

3. Rationem hanc de incerto adventus sui tempore *amplificat* Christus & uberius explicat duabus parabolis, quarum prior ducta est à *paterfamilias*, qui vigilare debuit contra inopinatum furis adventum; posterior à *servis*, quibus à Domino mandatum, ut vigilarent, cui mandato quidam obsequuntur magno suo bono; quidam verò illud negligunt magno suo malo. Prior parabola sic habet: *Illud autem scitote, quòd si servisset paterfamilias, quâ vigilâ fur venturus fuisset, vigilâset utiq; & non servisset perfodi domum suam. Ideò & vos estote parati, quia horâ eâ, quâ non putatis, Filius hominis venturus est.* Exemplum hoc patrisfamilias Christus eo fine producit, ut ostendat, quanto cum periculo conjunctum sit, si non singulis horis ac momentis vigilemus & adventum ipsius ad iudicium vigilanter expectemus. Introduce patremfamilias, qui in vigilando parum cautus ac industrius fuit, unde factum, ut domo à fure perfossa magnam rerum suarum fecerit jacturam: *Illud scitote*, inquit. Verbum *γινώσκετε* potest accipi in indicativo & imperativo. Illud sciat is oportet, vel etiam illud scitis, quia apud omnes hoc est in propatulo & confesso. Si paterfamilias quispiam suo rectè functus officio scivisset, qua hora fur fuisset venturus, vigilâset utique, vulgata reddidit in futuro. *Si sciret paterfamilias, quâ horâ fur venturus esset, vigilaret & non sineret perfodi domum suam*, quo modo etiam Syrus vertit. Sed in Græco sunt verba præteriti temporis, *εἰ ᾗδε σὶ σκίψισσεν πaterfamilias ἐγγυχόνησεν αὐτὸν, vigilâset utiq; & σὺν ἔλασεν & non σκίψισσεν perfodi domum suam*, parabolicè enim ponit patrisfamilias alicui parum vigilantem perfossam fuisse à nocturno fure domum, nequaquam id passuro, si præcivisset tempus, quo fur occultè irrumperet voluisset, & ex eo infert, maximum subesse periculum, si non singulis horis vigilemus. Pro *ὡρα* quidam Codd. legunt *φύλαξι*, quo modo etiam legit Origenes & Paraphrastes Syrus, qui reddidit per *φυλάξια* custodia, quo nomine hic intelligitur tempus excubiæ. Solebant enim veteres noctem in quatuor excubiis dividere, quas vulgò vocabant custodias sive vigilias, quibus custodes urbis ac milites vigilabant ac per vices in agendis excubiis sibi

Harm. Tom. II. vel Gerhardi Cont. pars secunda.

invicem succedebant, inde singulis ternis horis custodes ac vigiles mutabantur. Debuisset ergo paterfamilias ille, cui de fure nocturno suspicio injecta, totam noctem in somnem ducere, sed quia non vigilavit, inde fur domum ipsius perfodit ac domesticam suppellectilem secum abstulit, hoc enim damnum fortunæ patrisfamilias illatum tanquam consequens perfossionis simul subintelligendum. Per domum synecdochicè intelliguntur partes quædam domus, videl. tectum vel parietes, quos fures nocturni solent perfodere, inq; ædes per posticum aditum sibi patefacere, quia ostia pessulis obditiis muniri solent, ne à furibus aperiantur vel effringantur. Supplenda autem hæc parabola ex *δομοδοσί*. Quia paterfamilias non potuit præscire, qua hora fur venturus esset, eò quòd fures tale solent eligere perfossionis aditum tempus, quo minime expectentur, ideò debuisset omni tempore vigilare, ut res suas à fure tueretur: proinde etiam *vos & ὑμεῖς πάντες* admoniti exemplo illius patrisfamilias, ne damnum patiamini non quidem suppellectilis domesticæ, sed quod majus est, salutis vestræ, *estote parati* per spiritualem ac perpetuam vigilantiam. Quod superius dixerat, *vigilate*, illud jam exponit, per *γινώσκετε ἵνα*, ille enim verè vigilat, qui semper paratus est ad expectandum Domini adventum, qui semper in eo vitæ statu invenitur, quem Christus requirit, quique Deo gratus & acceptus est, *Estote igitur semper parati*, quia *horâ eâ quâ non putatis, Filius hominis venturus est*, sicut fur venerat ea hora, qua paterfamilias non putasset. quia verba præsentis temporis *δοκέετε, ἕρχεσθαι*, ponuntur pro futuris, tum ob certitudinem adventus, tum quia singulis momentis eum debemus expectare. Confert igitur novissimum suum adventum cum adventu furis, ac patremfamilias cum hominibus, qui vigilare debent. Origeni & Hilario durum fuit visum adventum Christi cum adventu furis comparare, ideò per furem intelligunt *Diabolum*. Sed non solum hoc loco, verum etiam alibi dies novissimus furi comparatur. 1. Thess. 5. v. 2. *Ipsi exactè scitis, quòd dies Domini veniet sicut fur in nocte*. 2. Petr. 3. v. 10. *Adveniet dies Domini, ut fur in nocte*. Apoc. 3. v. 3. *Si non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur & nescies, quâ hora veniam ad te*. c. 16. v. 15. *Ecce venio sicut fur, beatus, qui vigilat, &c.* Neque quenquam turbare debet dissimilitudo, quæ inter furis & Christi adventum in multis partibus intercedit, sufficit enim in illo tertio similitudinem sibi constare, propter quod à Christo & Apostolis adhibetur, videl. *tum in repentina & inopinata invasione*: fur non expectatus obrepit eo tempore, quo minime venturus metuebatur: sic dies Domini præter opinionem & expectationem ingruet hora ea, qua non putatur venturus, tum in *furtiva rerum ablatione*. Fur patrisfamilias securè stertentis domum perfodiens omnem secum aufert suppellectilem, ut maximum paterfamilias patiatur detrimentum; sic maximum salutis suæ detrimentum experientur, quos dies novissimos imparatos offendet. Pulchrè Simon de Cassia l. 6. c. 28. *Similitudo Christi ad furem non est personæ ad personam, nec negotii ad negotium, sed tantum temporis ad tempus*. Quemadmodum igitur repentinus furis adventus & damnum ex eo metuendum faciunt, ut paterfamilias vigilet, ita quoque repentinus & inexpectatus Christi adventus ac damnum ex eo metuendum, si nos imparatos

Xxx 2

inve-



inveniat, à nobis impetrare debent, ut vigilemus. Si paterfamilias sciret horam, quâ sur venturus esset, vigilaret; ita & nos, si sciremus horam adventus Christi, utique vigilaremus, quia verò illum ignoramus, ideo omni horâ vigilare necessarium arbitremur. Chrysostomus homil. 78. in Matth. observat in verbis Christi inesse vim concludendi à minore ad majus. Si in rebus ad hanc vitam pertinentibus paterfamilias tam sunt solliciti, ut propter eas tuendas vigilent ac noctes insomnes ducant, quanto magis in rebus ad animæ salutem pertinentibus vigilantes ac providos nos esse convenit, cum in illis non de parietis fractura, vel rerum temporalium jactura, sed de animæ exitio sempiterno agatur. *Hæc inquit, ad erubescendum desidia mihi dicta videntur, majorem enim diligentiam exhibent pecuniarum conservandarum furem expectantes, quam nos salutis animæ. Vigilant enim tunc, ne aliquid sibi surripiatur, nos autem, quamvis certò sciamus venturum Dominum, non perseveramus tamen, neque ita vigilamus, ut possimus non imparati ex hac vita discedere, quapropter cum pernicie dormientium dies ille venturus est. Videmus igitur 1. Christo solenne esse, ut pro furum consuetudine in media nocte hominibus dormientibus veniat, vel ad iudicium impiorum vel ad solatium piorum. Sic mediâ nocte Ægyptum ingressus primogenita Ægyptiorum occidit, suum verò populum ex captivitate liberavit. Ex. 11, 4. &c. Cum quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus exiliens de caelo Ægyptibus sedibus durus debellator in mediam exterminii terram prosilivit &c. Sap. 18, 14. & 15. Pari ratione ad homines iudicandos, tum particulariter & separatim in morte, tum universaliter & conjunctim in resurrectione venit mediâ nocte instar furis, id est, horâ eâ, qua minimè putatur. 2. Omnes sumus æconomi & paterfamilias à Deo constituti, convenit igitur, ut exemplo providorum patrumfamilias vigilemus: Familia, cui anima nostra præfecta, sunt cogitationes, sermones & actiones, quas rectè debemus regere, domus hujus patrisfamilias est corpus, in quo habitat. Debet ergo Spiritus noster incessanter vigilare, ne vel dies Domini instar furis irrumpens nos dormientes & in peccatis stertentes inveniat, vel Diaboli seductio per fenestras corporis, hoc est per sensus exteriores animæ habitaculum introeat, ejusque thesaurum surripiat. 3. Tempus, quo Christus ad iudicium venturus dicitur, nocti confertur, non quod præcisè in nocturnis tenebris sit venturus, sed quia tempore spiritualis noctis veniet, quando impii dicent, pax & securitas, quando omnia erunt tristia & perturbata, quando lux fidei in multorum cordibus erit extincta, quando opera tenebrarum, omnis generis peccata, passim in mundo regnabunt. 4. Accusatur hoc loco nostra oscitantia. Si quis fures noctu grassari audit, metus ipsi somnum excutit, nos securè dormimus, etiam si Christum instar furis nocturni inopinatò venturum audiamus. Contra fures domus probè muniuntur, ostiis clauduntur, feris obserantur, pessulis obduntur, canes vigiles custodiæ causa aluntur, sed in animæ cura & custodia perquam sumus negligentes.*

Posterior parabola continet ἀνατοπόδοτον. Christus enim tantum ponit ἀποδοσιν similitudinis, non autem addit ἀποδοσιν, sed levi ac brevi quadam

inflexione transit ad rem per parabolam significatam, quando ἐν ὀφθαλμοῖς de pœna servis malis & infidelibus in inferno metuenda subjicit, *ibi erit stridor & stridor dentium*, hoc pacto intelligendum relinquens, non de terreno, sed cœlesti Domino; nec de mundanis & transitoriis sed cœlestibus & æternis fidelium fervorum præmiis, iisque oppositis æternis infidelium fervorum suppliciis agere in hac parabola sibi præcipuè esse propositum. Supplendum igitur ex præcedentibus. *Nam Filius hominis est, sicut homo, qui peregrè agit*, ejus enim in proximè præcedentibus verbis facta erit mentio. Similis ellipsis est Matth. 25. v. 14. nisi quod ibi conjunctio causalis ὅτι discretè exprimitur, quæ hoc loco subintelligenda est, quippe qua significatur, parabolam ad eundem scopum, ad quem præcedens directâ erat referri, unde etiam Syrus conjunctionem causalem ὅτι hoc loco inferere voluit. Hieronymus in c. 24. Matth. existimat Christum hac parabola præcipuè respicere ad id, quod dixerat, *de die illa & hora nemo scit &c. Plenius inquit inculcat & replicat, quare de die consummationis & hora Angelos calorum nec scire prædixerit, sed solum Patrem, quod non expediat scire Apostolos. Et exemplum Patrisfamilias, id est, sui & fidelium fervorum, id est, Apostolorum, ad cohortationem sollicitæ mentis interserit, ut spe præmiorum ministrum servis in tempore suo cibaria doctrinarum.* Sed textus seriè & singula parabolæ membra manifestum faciunt, eam ad eundem cum præcedente parabola scopum directam esse, videlicet quod semper sit vigilandum propterea quia nesciamus, quâ hora Dominus noster sit venturus. Possunt autem docendi causa duo hujus parabolæ constitui membra. In priore exponitur dispositio domestica, quam Dominus ante suam perfectionem inter servos fecerit; in posteriore dispositionis illius executio, quomodo servi ad eam sese gesserint. Prius membrum continetur in his verbis. *Sicut homo, qui peregrè agit reliquit domum suâ, deditque servis potestatem, ac cuius opus suum & janitori mandavit, ut vigilaret. Per ἀποδοσιν hic intelligitur dominus domus, dives aliquis paterfamilias, qui amplum habet famulitium; is postquam animum induxerat peregrè abire & domum suam ad tempus relinquere, data servis potestate & cuique assignato certo opere janitori præcepit, ut vigilaret, apparet enim ex ratione Græcæ constructionis copulativam & in postremis verbis redundare, sicut & Matth. 28. v. 9. nisi per Hebraismum subintelligere velimus verbum λέω, ἀφ' οὗ τῶν οὐρανῶν ἔδωκεν τὸν δόκημα ἐξουσίαν &c. & τῶν θυρωρῶν ἐπέταξε αὐτοῖς. Verbum δόκημα per se per se Syrus reddit per πῶν abiit, profectus est, quod est verbum Syris peculiare, quo nec Hebræi, nec Chaldæi in hac significatione utuntur Matth. 21. v. 33. Marc. 12. v. 1. Act. 24. v. 4. non enim hic sermo est de eo, qui domo jamdum abfens, sed qui perfectionem atque abitum parans, servis comandaverit, antequam abiret, unde etiam quidam Codices pro δόκημα legunt δόκημα, quod textui magis congruit. Idem intelligitur per ἀφ' οὗ τῶν οὐρανῶν αὐτῶν, neque enim significatur, quod omni cura domus sese abdicarit, alias non rediret ad exposcendum à servis suis de officio administrato rationem, sed quod per perfectionem ad tempus à domo sua abierit. Reliquit ergo domum suam & dedit servis suis potestatem, id est, ita*

ita reliquit domum, ut priusquam peregrè abiret, prius servis suis potestatem daret, ac cuius, opus suum. Vulgata versio Latina hæc duo conjungit, *dedit servis suis potestatem cuiusq; operis*, id est, ut exercerent quævis opera in familia administratione necessaria, quod non est accipiendum *collectivè*, quasi omnes, quodcunq; vellent, agere debeant, sed *distributive*, quod operas inter eos distribuerit, ac huic quidem unum, illi verò alterum officii genus demandarit, id quod ex Græco textu clarius elucet. Dedit servis suis *ἐξουσίαν potestatem* & auctoritatem domus suæ administrandæ & unicuiq; opus suum scilicet dedit, quod verbum *δωκὸν* ex præcedentibus repetendum. Syrus per Hebraïsmum reddidit; *dedit viro viro*, id est, unicuique opus suum. Omnibus in genere dedit administrandæ domus potestatem, sed unicuique in specie opus suum assignavit, id est, certum officium præscripsit & suam cuiq; functionem in illa administratione destinavit, sicut hoc ipsum in parabola de talentis inter servos distributis apud Matthæum latius explicatur. Pro *ἐξουσίαν* in quibusdam Codd. legitur *ουσίαν*, quod habet etiam Euthymii textus, quod propius accedit ad parabolam de talentis servorum fidei, à patrefamilias commissis, sed probatissimi Codd. legunt *ἐξουσίαν*, quam lectionem secutus est etiam Syrus reddens per *נָתַתְּוּ אֶתְּהוֹנֵם*. Et janitori præcepit, ut *vigilaret*. Quibus amplum est famulitium, illi solent habere janitorem, cui ostii cura commissa, ne quosvis in domum admittat, sed hoc loco per *janitorem* intelligitur propriè *Παῖς οἴκου* & ἐργονόμος Matt. 20, 8. Gal. 4. v. 2. talis janitor, cui non solum cura ostii, sed etiam totius domus custodia commissa, qui super reliquos servos inspector constitutus, in quo reliqui servi ipsum patremfamilias intueri, ac revereri debent, tales enim apud veteres solebant esse janitores, sive *atrienses servi*, quibus claves domus commissæ. Hæc explicatio colligitur ex eo, quod quem Marcus vocat *janitorem*, eum Matthæus vocat *servum*, quem præfecit Dominus famulitio suo. Inde LXX. Interpp. nomen *ὕπατος* usurpant pro *Πῆδ* quod significat *præfectum, præpositum, commissarium*, cui administratio aliqua super homines commissa Ez. 44. v. 11. quod alibi reddunt per *Παῖς οἴκου*, *inspectorum*. Num. 4. v. 16. c. 3. v. 14. Jud. 9. v. 28. & c. *Παῖς οἴκου* præfectum 2. Reg. 24. v. 39. Jer. 29. v. 26. cap. 52. v. 22. per *ὡς οὐρανὸν ἀντίστημι* 2. Paral. 24. v. 11. Huic ergo janitori, reliquis servis præfecto mandavit Dominus domum ante suum abitum, ut *vigilaret*, quod non est accipiendum *exclusivè*, quasi soli janitori hoc sit præceptum, cum enim in verbis proximè præcedentibus dicatur, *vigilate, quia nescitis, quando tempus sit* & immediatè subjiciatur hæc parabola, de homine ante professionem suam servis potestatem dante & cuique opus suum distribente, ex eo intelligendum relinquitur, quod patrefamilias peregre abiens præmonuerit servos, se certò quidem reditum, interim certum tempus sese nolle ipsis manifestare, sed requirere, ut in commissio munere sint diligentes, ac reditum suum perpetuò expectent. Omnibus igitur servis in communi præcepit, ut *vigilarent*, sed janitori super reliquos constituto *singulariter* præcepit, ut *vigilaret*, hoc est, ut totam domum vigilanter custodiret. 2. servorum reliquorum operas urgeret, ac moneret, ut secum diligenter laborent. 3. reditum Domini per-

Harm. Tom. II. vel Gerhardi Cont. pars secunda.

petuò ipsis inculcaret atque hac ratione ad perpetuam vigilantiam & diligentiam eos excitaret. 4. prohiberet, ne qui ex servis è domo aufugerent. 5. sollicitè caveret, ne fures domum perfoderent, ac suppellectilem diriperent. 6. neve peregrini in aëdes irrumperent, ac servorum operas impedirent. Sic ergo omnibus quidem servis mandavit, ut vigilarent, sed janitori ita vigilare iustus est, ut reliquos in officio contineret & ad vigilantiam excitaret. Quod si ad accommodationem hujus parabolæ transitum facere velimus, notandum primò omnium in genere, quod juxta Chrysoctomi regulam homil. 65. in Matth. & homil. 16. in Epist. Rom. non debeamus nimiam in singulis verbis curâ perangi, sed principalem scopum respicere; quam regulam Euthymius in explicatione hujus ipsius parabolæ repetit. Tu vero, inquit in c. 24. Matth. hujusmodi ne ulterius curiosè scrutaris, parabolica namq; ita tractanda sunt, quasi significantia solum ea, quæ necessaria sunt. Sic principalis scopus est in hac parabola, quod reditum Domini ac Salvatoris nostri vigilanter expectare debemus, ad illum scopum omnia membra sunt referenda. Per *hominem* igitur intelligitur Christus, qui in præcedentibus sese aliquoties *filium hominis* vocaverat, ac in aliis parabolis Evangelicis sæpius sese homini confert Matth. 25. v. 15. Luc. 19. v. 12. & c. cum propter carnis œconomiam, quia veram humanam Naturam in personæ unitatem assumpsit, quæ est præcipua hujus comparationis ratio, tum quia habitu inventus ut homo, id est, in diebus carnis ut vulgatus homo cum hominibus est conversatus Phil. 2. v. 7. tum quia ex *Φιλανθρωπία* humanum & benevolum erga nos gerit affectum. Per *peregrinationem* Christi intelligitur ejus in cœlos ascensio, quæ est *felix clausula totius itinerarii Christi*, ut Bernh. sermon. 2. de ascens. eam definit. Victor Antioch. in c. 13. Marc. per *peregrinationem suam ad cœlos reditum adumbrat*. Luc. 19. v. 12. in simili parabola ascensio in cœlos sic exprimitur, quod *abierit in regionem longinquam, accipere sibi regnum*, id quod Christus ipse Luc. 24. v. 26. per *ingressum in gloriam* exponit, unde Basil. in comm. cap. 13. Ela. rectè monet, *regionem cœlestem vocari longinquam, non tam ratione loci quam status & conditionis, quod rerum ipsarum conditione à terrenis sit plurimum disseparata*. Per *domum*, quam in ascensione sua Christus reliquisse dicitur, intelligitur militans in his terris Ecclesia, quæ sæpius in Scripturis *domus Dei* vocatur, 1. Tim. 3. v. 15. Hebr. 3. v. 6. cap. 10. v. 21. 1. Petr. 2. v. 5. cap. 4. v. 17. & c. quia Deus gratiosè in ea habitat, sicut olim in templo Hierosolymitano. Dicitur autem Christus hanc domum reliquisse, non quod curam Ecclesiæ suæ deposuerit, vel præsentiam suam gratiosam eadem penitus subtraxerit, hoc enim pugnat cum promissionibus Matth. 18. v. 20. c. 28. v. 20. Eph. 4. v. 10. & c. sed quod non amplius visibiliter in ea versetur, sicut in diebus carnis suæ cum Apostolis fuerat conversatus, quam explicationem ipse supeditat Matth. 26. v. 10. Luc. 24. v. 44. Beda in c. 13. Marc. *Christus post resurrectionem ad Patrem in cœlos victor ascendens, Ecclesiam suam corporaliter reliquit, quam tamen nunquam præsidio divina præsentia destituit*. Simul etiam respectus habetur ad opinionem persecutorum, quibus Ecclesia Christi præsidio & gratiosâ præsentia videtur destituta, quando non statim auxilium ei præstat. Per *servos*, quibus

Xxx 3

Pater-

Paterfamilias potestatem administrandæ domos dedit, & unicuique suum opus assignavit, quidam in specie intelligunt Ecclesiæ ministros, qui speciali quadam ratione dicuntur, *ministri Christi, ac æconomii mysteriorum Dei* 1. Cor. 4. v. 1. quibus potestas gubernandæ domus Dei & omnium in ea gerendorum autoritas divinitus data. 2. Cor. 10. v. 8. c. 13. v. 10. quos etiam in certas classes Deus collocavit, ac singulis suum officium assignavit, *quando alios dedit Apostolos, alios Evangelistas, alios Prophetas, alios doctores & pastores* 1. Cor. 12. v. 28. Eph. 4. v. 11. &c. cui interpretationi inservit, quod paulò post ex Matthæo additur, *quisnam est fidelis & prudens servus, quem præfecit Dominus famulatio suo, ut det illis cibum in tempore?* jam verò cibum rationalem doctrinæ famulatio distribuere proprie pertinet ad Ecclesiæ ministros. Sed quia à servis hæc, quibus Dominus potestatem dedit & opus suum cuique distribuit, janitor distinguitur, per quem Ecclesiæ ministri intelliguntur, ideò servorum nomen rectius generaliter accipitur pro omnibus Christianis, quibus Deus potestatem officii omnibus ex æquo communis & opus certum, id est, specialem quandam vocationem unicuique dedit, in qua fidem & obædientiam suam Domino probare debent. Nullus enim Christianus est, cui non aliquid commiserit Dominus fratribus suis dispensandum, & qui non habeat certam vocationem, in qua Deo servire & proximum, si non prædicationis ministerio, tamen exemplo ædificare possit ac debeat. Euthymius in cap. 24. Matth. *Convenit hic sermo non tantum his, qui divites sunt in sermone, sed & his, qui pecuniis ac possessionibus divites sunt, omnes enim constituit Deus dispensatores eorum, que possident, volens ut omnes fideliter ac prudenter cuncta dividant.* Absurda verò & fidei analogiæ repugnans est interpretatio illa Pontificiorum, quam ex illis recitat D. Chemnic. part. 3. Exam. Conc. Trident. in cap. de Purgat. *Homo peregrinæ profectus significat animam, que per mortem ex hoc mundo migrat. Illa servus requirit suam potestatem, id est, Testamentariis suis mandavit, ut ex relictis bonis redimant suffragia, quibus ex purgatorio liberetur. Janitori verò præcepit ut vigilet, hoc est, Pastori suo legavit partem bonorum, ut vigilanter pro illa sacrificet.* Nec majoris ponderis est illa explicatio, quæ per janitorem quidam ex Pontificiis Jansenius, Brugensis & alii intelligunt B. Petrum; conjecturâ ducti eâ, quod Petro Christus peculiariter commiserit Ecclesiæ claves Matth. 16. v. 19. quodque Marcus *Petri discipulus, scilicet & interpret* (ut eum vocant Iren. lib. 3. cap. 11. p. 183. Hieron. in catal.) præ cæteris Evangelistis hanc parabolam annotavit. Cum enim Christus Ecclesiæ suæ claves ex æquo omnibus Apostolis dederit, ac proinde servos atrienses eos constituerit, id est, janitoris officium eis commiserit Matth. 18. v. 18. Joh. 20. v. 21. cumque Matthæus c. 24. v. 45. & Lucas c. 12. v. 42. eandem omnino parabolam recitent, ac quem Marcus vocat janitorem, eum ipsi appellent servum, quem præfecit dominus famulatio suo, ut det illis cibum in tempore, ubi omnium consensu singularis pro plurali ponitur, & servi illius nomine quis Ecclesiæ minister intelligitur, ideò janitoris nomine generaliter accepto rectius intelliguntur omnes Apostoli, & in eodem docendi munere cum ipsis constituti Ecclesiæ doctores, in atrio Ecclesiasticæ potestatis & dignitatis di-

vinitus collocati, quibus peculiariter à Christo mandatum, ut vigilent, ex quo etiam *Episcopi, ac vigilantes* appellantur. Ut enim per malum servum in genere omnes infideles Ecclesiæ ministri; sic per janitorem & servum bonum in genere omnes fideles Ecclesiæ ministri intelliguntur, unde plurimi ex Pontificiis Interpretibus ne verbulo quidem in explicatione hujus parabolæ Petri specialem mentionem faciunt. Pertinet autem ad hanc vigilantiam Ecclesiæ ministris peculiariter præceptam 1. ut curam domus Dei, id est, Ecclesiæ divinitus sibi commissam diligenter agant. 2. ut reliquos servos, id est, Christianos exhortentur ad diligentiam in operibus vocationis. 3. ut ad perpetuam vigilantiam eos excitent & reditum Christi ad iudicium singulis horis, imo momentis expectare jubeant. 4. ut sedulo præmoneant, ne quidam ex domo Dei per apostasiam profugiant & collectionem deserant Hebr. 10. v. 25. 5. ne hæretici latenter irrepant Act. 20. v. 28. &c. 6. ne disciplina Ecclesiastica per ambulantes *ἀνδραγαθῶς* turbetur & fidelium servorum operæ impediatur. Observationes ex hoc prioribus parabolæ membro eliciendæ cuivis sunt obviæ, videlicet 1. Christum esse *Dominum domus Dei*, quæ est Ecclesia Hebr. 3. v. 6. &c. 2. eandem in sua ad cælos ascensione non quidem penitus ipsum reliquisse, interim visibilem suam præsentiam eidem subtraxisse, ac proinde videri eam reliquisse. 3. Omnibus Ecclesiæ civibus ac servis in hac domo certum opus sive officium à Christo esse demandatum. 4. omnibus etiam mandatum, ut reditum Domini sui ad iudicium vigilantem expectent ac in peragendis officii sui partibus sint indultii. 5. hanc esse genuinam verè piorum notam, reditum Christi ad iudicium quotidie expectare & ad eum se paratum semper tenere Apocal. 22. v. 17. Sicut casta sponsa sui sponsi & fidelis servus heri sui reditum non tantum intrepidè, sed etiam cupidè expectat sic pii diligunt adventum Christi 2. Timoth. 4. v. 8. 6. Quamvis omnibus Christianis mandatum sit, ut vigilent, cum primis tamen hoc præceptum esse Ecclesiæ ministris, quippe qui debent attendere non solum sibi ipsi, sed etiam universo gregi, super quem *Spiritus Sanctus eos posuit Episcopos* Act. 20. vers. 28. quosque *Deus constituit speculatores & vigilantes* Ezech. 3. vers. 17. capp. 33. vers. 2. Isidorus Pelusiotæ lib. 1. Epist. 149. p. 39. *Episcopus ex ipso nomine perfectum habeat, quod speculari eum oportet atque omni ex parte oculum esse omnia prospicientem neque quicquam negligentem.*

Posterius parabolæ membrum exponit, quomodo post Domini sui profectionem servi sese gesserint, quæ ratione dispositionem ipsius æconomicam executi fuerint. Opponuntur autem in hoc membro *ἀνδραγαθῶς* servi boni & mali. Bonorum servorum describuntur 1. *propria* 2. *præmia*. Malorum vero 1. *scelera*. 2. *supplicia*, ut hæc ratione non solum *præmiorum promissione* ad præstandum officium omnes illi, ad quos hæc parabola pertinet, invitentur, sed etiam *suppliciorum comminatione* à neglectu officii deterreantur. Ante omnia verò inquirendum ad quos principaliter & propriè hæc parabola spectet? Chrysothomus homil. 78. in Matth. scribit, *hæc non de pecuniis solummodo, verum etiam de verbis, de virtute, de omni dispensatione, singulo homini concessa dicta esse, & hanc parabolam ad gerentes, gubernantesque*

Rempubl.

Rempubl. accommodari posse, cum doceat, unumquemque ad communem utilitatem omnia conferre, quæ sua sunt, sive sapientiam, sive principatum, sive divitiarum, sive quicquid aliud, non ad detrimentum conservorum, nec ad perditionem suam. Atque hæc de accommodatione parabolæ rectè quidem dicuntur, interim in sensu proprio & principaliter intento pertinet ad Apostolos & ipsorum in ministerio Ecclesiastico successores, cum primis Episcopos aliis non solum auditoribus, sed etiam pastoribus præfectos, Hilarius can. 27. in Matth. *Quantum in commune nos ad indefessam vigilantie curam adhortetur, specialem tamen populi principibus, id est, Episcopis, in expectatione adventus suo sollicitudinem mandat.* Hunc enim servum fidelium atque prudentem præpositum familia significat commoda atque utilitates commissi sibi populi curantem. Ambros. in cap. 12. Luc. *In superioribus vigilare nos docuit &c.* Illa quidem in omnes præcepti forma generalis, verum series sequentis dispensationibus, id est, Sacerdotibus videtur esse præposita &c. Probat hanc interpretationem 1. ex servi boni descriptione. De tali enim servo Christus sermonem sibi esse docet, quem præfecerit Dominus famulitio suo. *καὶ ὁ κύριος* verbum est præteriti temporis, significatur igitur, quod Dominus hunc servum ante suam perfectionem reliquis servis præfecerit. Per *ὑπακούων*, quod est nomen abstractum, intelligitur concretum, videlicet reliqui servi, unde Syrus rectè reddidit, *super filios domus suæ*, id est, domesticos suos. In hac significatione usurpatur nomen *ὑπακούων* Gen. 45. v. 17. *letatus est Pharaon, quod non ὑπακούων αἰρέσεως familia ejus*, ubi in Hebræo est, *fuit bonum in oculis Pharaonis & servorum ejus*. Possit etiam huc accommodari, quod nomen *ὑπακούων* à LXX. interpp. usurpatur pro *οἰκίαν* quod cœtum Ecclesiæ sive congregationem significat 2. Reg. 10. v. 20. Joel. 1. v. 13. c. 2. v. 14. quia Ministri Ecclesiæ toti fidelium cœtui divinitus sunt præfecti. Regius Codex legit *οἰκίαν*, per quam etiam intelliguntur *οἰκίαν* sive domestici. Sic ergo Christus seipsum comparat patrifamilias, qui per ascensionem suam ex hoc mundo abiturus ad Patrem, aliquos ex servis videlicet Apostolos & omnes eorum in Ministerio Ecclesiæ successores ac *οἰκίαν* reliquis servis præfecit, quando Ecclesiasticum ministerium ipsorum curæ ac fidei commendavit. 2. ex munere huic servo commissi conditione. Ideo enim reliquis servis præfectus dicitur, *ut det illis cibum in tempore*, id est, ut spirituali doctrinæ & Sacramentorum pabulo Ecclesiam alat. Apud Lucam cap. 12. v. 42. illud sic redditur, *ut det illis in tempore τὸ σιτομέτριον, mensuram tritici.* Per *σιτομέτριον* igitur intelligitur demensurum, quod servis tum ad necessariam sustentationem, tum ob laboris mercedem singulis diebus, vel mensibus, vel septimanis dari solebat pro cuiusque loci consuetudine. Qui enim inter omnes reliquos servos fidelissimus & maximè industrius erat, is reliquis servis præferebatur, ut esset ipsorum *ἐργασίας*, ipsorum operas regeret & urgeret, ac cibum diurnum vel hebdomadarium vel mensuram pro cuiusque conditione eis distribueret, qui cibum vocatur *σιτομέτριον* quia ob rarum pecuniæ usum triticum non solum ad victum, sed etiam pro mercede servis dari solebat. Gen. 47. v. 12. verbum *σιτομέτριον* usurpatur de Josepho familiaris patris & fratrum suorum in Ægypto alente & pro numero liberorum vi-

Harm. Tom. II. vel Gerhard. Contin. pars secunda.

ctum illis distribuentem. Hoc pulchrè competit Apostolis & omnibus fidelibus Ecclesiæ ministris, qui sunt *servi Christi & æconomi mysteriorum Dei.* 1. Cor. 4. v. 1. quorum officium est animabus hominum verbi alimentum dispensare. 3. ex collatione cum Marco. Quemadmodum apud Marcum paterfamilias peregrè abiens dicitur servis suis prius *dedisse potestatem ac cuius, opus suum*, interim tamen janitorem ipsis præfecisse, cui præ reliquis mandatum, ut vigilaret, ac non solum sui ipsius, sed etiam reliquorum servorum curam ageret; sic apud Matthæum servus aliquis famulitio præfectus dicitur, ut cibum opportuno tempore illis distribuatur, sicque non solum suæ, sed etiam aliorum salutem invigilet. Per hunc janitorem apud Marcum intelliguntur Ecclesiæ Ministri, ut superius ostensum. Ergo etiam per servum famulitio præfectum apud Matthæum idem intelliguntur. 4. ex occasione quæ huic parabolæ apud Lucam data describitur. Cum enim Christus præcepisset, *ut lumbi piorum sint præcincti & lucerne ardentes, ac similes sint hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis*, quodque similes esse debeant patrifamilias vigilanter domum suam custodienti, ne fures eam perfodiant quærebat Petrus, *Domine ad nos dicitis hanc parabolam, an etiam ad omnes tibi Christus subjicit hæc verba: Quisnam putas est fidelis & prudens dispensator, quem constituet Dominus super familiam suam &c.* Concedit igitur, Apostolos & alios Ecclesiæ doctores esse æconomos in domo Dei ac reliquis servis præfectos majori aliquando honore ac præmio à cœlesti patrefamilias afficiendos, interim tamen graviter eos admonet, ne dominium sibi in Ecclesiam arrogent, nec potestate divinitus sibi concessa abutantur, sed perpetuò cogitent de munere sibi commissio & de donis suis rationem aliquando reddendam esse. Proinde ut reliquis sunt præfecti & specialem dignitatem à patrefamilias acceperunt, ita quoque specialem curam & vigilantiam ab ipsis requiri, ut non solum pro suis, sed etiam aliorum fidei suæ commissorum animabus vigilant. utpote rationem aliquando pro illis reddituri. Hebr. 13. v. 17. Hæc omnia ostendunt, Christum admonitioni generali ad omnes Ecclesiæ filios pertinenti & ab omnibus vigilantiam requirenti jam subungere admonitionem specialem ad Apostolos & eorum in Ministerio successores, quos Ecclesiæ præfecturus erat, peculiariter pertinentem, in qua docet, tum quod peculiari quadam ratione vigilandi, necessitas ipsis incumbat, quippe cum sint alii præfecti, ut ad vigilantiam eos excitent, tum quod vigilantia illa fidelitatem ac prudentiam in munere commissio rectè peragendo requirat. Utitur autem in describendo bono & industrio æconomo figurâ interrogationis, *Quisnam est fidelis servus & prudens &c.* Particulam *ἀρα* quidam exponunt ratiocinativè per igitur, ut conclusionem ex superiore sermone nascentem declaret, ac sit sensus. *Veniet filius hominis eâ horâ quâ non putatis, quis igitur est fidelis & prudens servus, quem cum venerit Dominus ejus, inveniatur in munere sibi commissio sedulo occupatum.* Vulgata versio hoc loco, ut & Luc 1. v. 66. reddidit per *putas. Quis putas est fidelis dispensator & prudens.* Chrysostomus homil. 78. in Matth. & lib. 2. de Sacerd. rectè monet, Christum hac interrogationis formâ uti, *ἵνα δείξῃ τὸ σπάνιον καὶ πολυτίμητον*, tum ut ostendat, raros esse ejusmodi fideles &

Xxx 4

pruden-

prudentes dispensatores, tum ut eorum dignitatem & excellentiam commendat, sicut statim additur: *Beatus ille servus, super omnia bona constituet eum Dominus ejus.* Eodem modo interrogationem illam accipit Bernhardus Epist. 42. *Quarens Dominus cui ruro sua committat dispensanda mysteria & quasi difficile inveniens sub admiratione interrogat, Quis putas est fidelis servus? Lutherus Luc. 12, 42. vertit: Wie ein groß Ding ist's vmb einen treuen vnd flugen Haushalter. In hac significatione accipitur vocula ἀσπ Luc. 1. v. 66. *Quisnam erit puer iste, τὰ ἀσπ τὸ πειθὸν τῷ ἑσπαι;* Hanc raritatem & dignitatem hujus servi ostendunt omnia ejus requisita, quæ revocari possunt ad duo principalia capita, quorum prius est legitima vocatio, posterius legitima officii administratio. Vocatio legitima exprimitur, quando Dominus eum famulatio suo prefecisse dicitur, non proprio ausu & arbitrio potestatem illam sibi arrogavit, sed a Domino traditam accepit. Ad legitimam officii administrationem requiritur. 1. ut se agnoscat esse servum, non autem absolutum familiae dominum; ut Domini sui voluntatem pro norma & regula actionum suarum statuatur, non autem proprio arbitrio ac pro libitu familiam regat. Luc. 12. v. 42. vocatur *oconomus*, hic verò *servus*, ut intelligat, se ratione quidem officii esse reliquis prefectum, interim ratione Naturæ & conditionis naturalis esse aliorum conservum, Domini autem, à quo *oconomus* constitutus est, servum, cui etiam rationem aliquando reddere cogatur. 2. ut sit *fidelis*, non remissus ac deses in demandato sibi officio, sed maximo studio illud exequatur. 3. ut sit *prudens*, oportuno tempore omnia administrans, omnium utilitati sese conformans. Sic ergo fidelitas & prudentia in servo bono conjunguntur, cum utraque virtus æque illi sit necessaria Chrysost. homil. 79. in Matt. *Fidelem appellat, quoniam nihil ex rebus Domini sibi attribuit, nec incassum quicquam expendit. Prudentem autem quia oportune dispensare noverit, siquidem utraque re nobis opus est, ne scilicet, quæ Domini sunt, ad proprios usus rapiamus & ut oportune omnia dispensemus. Nam si alterum horum absit, ejus absentia alterum omnino claudicat. Si enim fidelis ita sit, ut non surretur, disperdat autem non necessario consumens impendio, non parvum id crimen est. Sin verò è contrario recte dispensare, noverit, sibi verò accumulat, ingens rursus hæc culpa.* Bernh. lib. 4. de confid. ad Eugen. *Si fidelis non est, fraudabit. si prudens non est, defraudabitur.* Fidelitas igitur in bono servo requiritur, ut non decipiat; prudentia, ut non decipiatur. Fidelitas, ut non quærat, quæ sua sunt, sed honorem Domini & utilitatem conservorum suorum. Idem serm. 13. in Cant. *Fidelis servus es, si de multa gloria Domini transiente per te nihil manibus tuis adherere contingat.* Thomas in Cor. 4. *Fideles servi sunt, qui in omnibus intendunt honorem Dei & utilitatem membrorum ejus.* Prudentia, ut accommodatis ad hunc finem mediis utatur. Fidelitas, ut conservis distribuatur cibum; prudentia, ut tempore opportuno qualem & quantum decet, unicuique distribuatur. Fidelitas, ne quæ Domini sunt, in suum convertat usum; prudentia, ne bona Domini ab aliis intervertantur. Fidelitas, ut magno zelo gloriam Dei quærat, contra corruptelas doctrinæ pugnet & peccata auditorum arguat. 1. Reg. 18. vers. 18. Esa. 58. vers. 1. prudentia, ne zelus ille sit sine scientia*

Rom. 10. v. 2. sed cum Spiritu discretionis conjunctus. 1. Cor. 4. v. 2. duntaxat *fidelitas* in bono servo requiri dicitur, nimirum quia fidelitas latè accepta in complexu suo etiam prudentiam includit, cum nemo possit esse verè fidelis, nisi simul sit prudens, siquidem fidelitas in eo consistit, ut omnia juxta Dei præscriptum & voluntatem in officii executione peragantur; prudentia, ut juxta diversitatem temporum, personarum & aliarum circumstantiarum omnia ordinatè peragantur, jam verò hoc ipsum requirit Dei voluntas, utique ergo fidelitas prudentiam includit, ut sic ministri fidelitas sit prudens & prudentia ejus sit fidelis. 4. ut det *conservis cibum in oportuno tempore*, id est, ut doctrinæ alimentum velut proprium animarum pabulum auditoribus suis dispenlet, & quidem *ἐν καιρῷ* ut oportuno tempore cibum distribuatur ac noverit, quid cuique congruat. 5. ut in hoc opere & officio suo constanter usque ad reditum Domini sui perseveret. *Beatus ille servus, quem suppetes offenderit seu repererit Dominus ejus sic facientem*, id est, fideliter ac prudenter conservis suis cibum oportuno tempore subministrantem adeoque officio suo vigilanter intentum, more enim Hebræo una species pro genere exempli loco ponitur. Non dicit, quem offenderit Dominus ejus ita fecisse, (quo modo Syriacum textum Tremell. reddidit) sed *sic facientem*, quia non sufficit ad tempus officio suo fideliter & prudenter fungi, sed oportet in hoc studio ac studio constanter perseverare. Nec dicit, quem homines judicaverint sic facere, sed quem Dominus repererit sic facientem. Neque enim is quem homines probant & laudant, sed quem Dominus probat, fidelis ac prudens servus judicandus. Nec dicit, quem Dominus offenderit sic facientem sed *ἐν δόξῳ ὁ κύριος* quocumquidem tempore Dominus venerit, quantumvis tardè & ex improvviso, quem invenerit Dominus ad domum suam rediens vigilantem & ipso adventu tempore officio suo fungentem, ideò enim de adventu tempore servos suos certiores facere noluit, ut semper vigilarent, atque ut omnes in adventu suo vigilantes & officio suo fungentes deprehenderet. Videmus igitur, quæ sint boni, Deoque probati servi sive Ecclesiæ ministri propria requisita & munia. Primò omnium, non semetipsum officio ingerit, sed expectat ut à Deo domui Ecclesiæ præficiatur Jer. 23. vers. 21. Johan. 3. vers. 27. Act. 20. v. 28. Rom. 10. vers. 15. Hebr. 5. v. 4. & c. deinde postquam legitimis modis ac mediis officio Ecclesiastico est præfectus, agnoscit sese servum, non dominatur fidei auditorum 2. Cor. 1. vers. 24. non *κατασκευάζει τῶν κληρῶν* 1. Pet. 5. v. 3. fidelis insuper est ac prudens, non negligit docendi munus, multò minus verbo vel exemplo auditores seducit, non prætermittit ullam inserviendi Ecclesiæ occasionem, sed omnibus sit omnia, ut omnes Deo lucrifaciat 1. Cor. 9. v. 19. non quærit, quæ sua sunt, sed quæ ad Domini honorem & auditorum salutem faciunt. 2. Cor. 12. vers. 14. non tam accipit, quam dat ac dispensat; nec venenum hæreticorum errorum, sed veram doctrinam, quæ sola est animæ τρεφίς, distribuit, nec fermentum humanarum doctrinarum cœlestis doctrinæ pabulum corrumpit, sed sincerum lac doctrinæ Evangelicæ infirmis ac solidum cibum perfectis distribuit 1. Corinth. 3. vers. 2. Hebr. 5. vers. 14. non rejicit docendi officium in aliorum humeros

humeros fastigio dignitatis suæ, illud indignum æstimans, sed agnoscit munus suum nihil aliud esse, quam ministerium & œconomiam, per quam Deus familiam suam ex immensa benignitate cibare constituit, non agit in distributione spiritualis alimenti indiscretè, sed novit *ὁδοποιεῖν* sermonem veritatis 2. Tim. 2. 15. accuratè observat, quibus legales comminationes, quibus verò Evangelicas consolationes proponat, nec tantum incipit officio suo fungi & postea illud negligit, sed nullo unquam tempore ab opere cessat, donec Dominus ad iudicandum redeat; nec *querit humanum diem* 1. Cor. 4. v. 3. ac laudem apud homines, sed Deo se & actiones suas probare satagit; nec oculis hominum duntaxat fidelis apparere, sed eorum Deo verè fidelis esse desiderat. De ejusmodi servo Christus pronunciat, quod *beatus sit ille servus*, q. d. rarus quidem est ejusmodi servus, sed verè beatus, quisquis tandem talis erit. In hoc quidem seculo miser iudicatur, multorum odiis est expositus, ipsi etiam famulatio interdum parum gratus, sed cum Dominus ejus redierit, tunc verè beatus coram Deo & omnibus Angelis iudicabitur. Hanc fidelis & prudentis servi beatitudinem Christus in specie declarat, subjiciens: *Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet illum*. Magna est dignitas, magna felicitas, quæ ejusmodi servo promittitur, Christus igitur promissionis suæ veritatem confirmat usitatâ asseveratione: *Amen dico vobis*. Syrus notanter reddidit, *Amen dico ego vobis*, qui scilicet sum ipsa veritas. *Ἐστὶν* vulgata reddidit per *quoniam*, sed redundat more Græco. Verbum *καθ' ἑσθ' ἡσθ'* respectum habet ad præcedens præteritum *κατέστειλεν*, ut sit sensus. Dominus hunc servum *prius constituerat* duntaxat super famulitium suum, sed quia in hoc officio suo fideliter & prudenter egit, idè constituet eum gratuitè præmiù loco *ἡντι πᾶσι τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ* super omnes res suas, non tantum super servos, sed etiam super universam substantiam suam, ut Hieronymus ex Græco veritè, *super omnia, quæ sunt ei*, ut Syrus emphaticè reddidit. Videtur Christus alludere ad honorem & dignitatem Josepho delatam, quæ Gen. 41. 40. sic describitur, quod Pharaon ad eum dixerit: *Tu eris super domum meam*. v. 41. *posuite super omnem terram Ægypti*. Quemadmodum enim summa Josephi dignitas & felicitas sic describitur, quod positus fuerit super universam terram Ægypti: sic summa illius servi dignitas & felicitas hac phrasi significatur, quod Dominus ejus fidelitatem & prudentiam in distribuendo familiæ alimento expertus super omnes suas facultates & thesauros suos eum constituerit. Apud Lucam hæc felicitas sic describitur. vers. 37. *Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes*. *Amen dico vobis, quod præcurret se & faciet illos discumbere & transiens ministrabit illis*, id est, serviet Dominus servientibus sibi, fidelis erit fidelibus, honorabit eos, qui obsequium sibi præstiterunt. Matth. 25. v. 23. ejusmodi extat hujus felicitatis descriptio. *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa constituam te, intra in gaudium Domini tui*. Hæc omnia pertinent ad descriptionem beatitudinis, quæ fidelibus & prudentibus Dei servis aliquando contingeret, quod cum Abrahamo, Isaac & Jacobo recumbent in regno colorum Matth. 8. vers. 11. *quod edent & bibent super mensam Christi in regno i-*

*psus & sedebunt super thronos* Luc. 22. v. 30. *quod danda ipsis sit potestas super gentes, ut regant eas in virga ferrea ac tanquam vas figuli eas confringant* Apoc. 2. v. 26. & 27. *quod sedebunt cum Christo in throno ejus* Apoc. 3. v. 21. & cum eo regnabunt 2. Tim. 2. 12. quod dominabuntur omnibus creaturis ac præ reliquis piis amplioris gloriæ gradu sint honorandi. Hæc omnia Christus breviter complectitur, quando dicit: *Dominus hunc fidelem servum constituet super omnia sua bona*, inde Chrysoctomus in comment. h. l. meritò exclamat: *Quid hoc honore majus? quæ oratio hanc dignitatem, hanc beatitudinem assequi poterit, cum cælorum conditor, cui omnia serviunt, hominem super omnia bona sua constituturus est? propterea & prudentem appellavit, quia novit magna pro parvis perdenda non esse, quia moderatè vitam hic peragens cælos consecutus est*. Videmus igitur 1. fideles Ecclesiæ ministros amplissima in cælo manere præmia. 2. quibus contra mundi odia & persecutiones sese debent solari & eorum consideratione animos erigere. 3. promissionem hanc certâ ratione ad omnes verè pios pertinere, cum omnes sint Dei servi Luc. 1. 74. cumque nemo sit, qui non aliquid bonorum acceperit, quo proximum juvare possit. Chrysoct. d. l. *Non doctoribus solum sed etiam divitibus hæc dicit, cum utrisq; Dominus divitias suas crediderit maximas quidem doctoribus sed locupletibus etiam non parvas*. 4. proinde omnes verè pios, qui donis Dei rectè sunt usi, super omnia Dei bona esse aliquando constituendos. Beatitudo enim, definiente Boetio, est status vite omnium bonorum aggregatione perfectus. Jam verò omnes verè pii aliquando erunt beati, ergo etiam omnes super omnia Dei bona constituentur. Deus beatificat clarâ faciei suæ visione & bonorum suorum perfectissimâ fruitione, quæ felicitas omnibus piis erit communis qui ex parte hic bona Domini communicata habuerunt, tunc verò omnia perfectissimè habebunt Sap. 5. 16. & c. 5. vitam æternam fore beatissimam *δοξακαταστασιν πᾶσι*, Act. 3. v. 20. Ut enim Adamus in statu innocentie omnibus creaturis fuit dominatus Gen. 1. v. 28. sic electi in vita æterna hoc donum recuperabunt. 6. interim fore gradus gloriæ in beatitudine piis omnibus æquali. *Qui enim docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas æternitates*, Dan. 12. v. 3. 1. Cor. 15. v. 42. hunc peculiarem gloriæ gradum & ampliorem cælestium bonorum fruitionem simul denotat Christus, quando fideles & prudentes ministros *super omnia Domini sui bona* dicit esse constituendos.

Servo huic fideli & prudenti *ἀντιθετικῶς* opponitur *servus malus*, id est, infidelis & insipiens, per quem intelliguntur omnes illi Ecclesiæ præpositi, qui ministerium à Domino sibi commissum in Tyrannidem convertunt; vigilantie, cui præ reliquis Domini sui servis studere debebant, obliviscuntur & diem, quo officii ratio sit reddenda, longissimè adhuc distare, vel etiam nunquam venturum. Stolidè sibi persuadent, quibus extremum minatur exitium. Sic ergo Christus, quod semper factitat, etiam hoc loco non tantum à bonorum præmiis, sed etiam à præavorum pœnâ audientes corrigit, quæ sunt verba. Chrysoct. in h. l. Ex eo, quod servo priori fideli & prudenti opponitur malus hic servus, quidam colligunt de alio servo, priori etiam ratione personæ opposito, sermonem esse, sed ex pronomine relati-



vo ἐκείνῳ ὅτι etiam ex verbo ἡρῆα colligitur, de eodem illo servo super famulitium Domini constituto, de quo in prioribus sermo erat, hic agi, sed à seipso plurimum diverso, à virtutibus ad vitia degeneranti, adeoque non tam ratione *persona*, quam *vite & morum* sibi ipsi opposito. Quamvis enim supplicium servo huic malo denunciatum in genere pertineat ad omnes malos servos, sive statim ab initio præfecturæ sibi commissæ mali fuerint, sive progressu temporis in malos servos degeneraverint, eum prius boni fuissent, Christus tamen in specie posterioris generis malorum servorum mentionem facere voluit. 1. ut ostenderet, non sufficere ad laudem bonitatis, si quis officio suo rectè fungi cœperit, postea verò illud neglexerit, sed requiri omnino, ut in vigilantia & reliquarum virtutum studio constanter pergat & usque ad reditum Domini benè agere perseveret. 2. ut doceret, fidem semel acceptam & gratiosam Spiritus S. in habitationem, ac proinde etiam gratiam Dei & salutem per peccata contra conscientiam iterum amitti posse & ex fidelibus servis posse fieri pessimos, sicut ex vino optimo fit aceram acerrimum. 3. ut innueret, sub finem seculi complures fore Ecclesiæ Prælatos, qui ex reditu ad iudicium tarditate occasione acceptâ officium suum turpiter neglecturi ac potestate ad ædificationem sibi concessâ in oppressionem aliorum nequiter abuturi sint. Nam ex verbis mali hujus servi, *cunctatur Dominus meus venire*, apparet describi hoc loco corruptos mores & falsam persuasionem eorum, qui diu post ascensionem Christi victuri erant, neque enim statim post profectionem Domini sui hic servus in ejusmodi cogitationem incidit. 4. Cumque multi ex Pontificiis per *janitorem* cujus mentio fit apud Marcum, quiq; omnino idem est cum servo fideli & prudente apud Matthæum, *Petrum* Apostolum ejusque in sede Romana successores & Christi vicarios Pontifices Romanos vel unice vel præcipuè intelligendos esse statuunt, haud absurdè per illud, quod servus fidelis & prudens progressu temporis à seipso degenerans introducit, significari statuitur, quod Episcopi Romani primis Ecclesiæ Apostolicæ temporibus in commisso munere Ecclesiastico fuerint fideles & industrii, sed posterioribus seculis ipsorum successores à bonitate & fidelitate antecessorum plurimum degenerasse ac potestatem Ecclesiasticam in Tyrannidem convertisse, perinde ut in sede Aaronica Pontifices Hierosolymitani à virtutibus antecessorum suorum tempore Christi plurimum degeneraverant, quod ipsum manifestius erit, si servi hujus mali opera cum gestis Romanorum Pontificum, qui posterioribus seculis sedi Romanæ præfuerunt, invicem conferantur. Tribuitur enim servo huic malo. 1. *securitas*, quod in corde suo dicat: *Cunctatur Dominus meus venire*. Dicere in corde phrasis est Hebraica significans tacite aliquid secum cogitare, occultâ quadam cordis persuasionem teneri, in corde suo sic animatum & affectum esse, quanquam exterius ore illud minimè quis proferat, ne palam impius deprehendatur Psal. 14. v. 1. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus*; in quæ verba sic commentatur Augustinus. *Nec ipsi enim sacrilegi & detestandi quidam Philosophi, qui perversa & falsa de Deo sentiunt, ausi sunt dicere, non est Deus, ideo ergo dixit insipiens*

in corde suo, quia hoc nemo audeat dicere, etiam si ausus fuerit cogitare. Simili modo hæc phrasis usurpatur Rom. 10. v. 6. Apoc. 18. v. 7. pro qua alibi usurpatur *Ἀλογίζεσθαι ἐν τῇ καρδίᾳ* Marc. 2. v. 6. Luc. 5. v. 22. &c. quò referri potest, quòd à Philosophis duplex λόγος constituitur ἐν δὲ δὲ τῷ ἰσχυρῶς, sive λόγος ἔσω & λόγος ἔξω verbum internum & externum quod est interni soboles & ἐπιπόνημα. Quamvis igitur nondum eò impietatis progrediatur hic servus, ut verbis apertis reditum Domini sui neget, tamen interius in corde suo statuit, Dominum non tam citò rediturum, sed quia jam ante reditum suum diu distulit, ideo etiam non metendum vel sperandum esse, ut in posterum citò redeat, *ἡρῆα ἐλθεῖν*, quod apud Lucam in præfenti effertur, *ἡρῆα ἐρχεσθαι*, ut intelligatur malum & nequam huncce servum ex antegressa longiore reditus mora perperam conclusisse, in posterum etiam non esse singulis horis & momentis reditum ipsius vigilantè expectandum. Hac persuasionem de mora reditus ad securitatem abusus est, ut ex sequentibus descriptionis membris manifestè apparet, restantur enim pessimi ejusdem mores, quod non ductus desiderio adventus Domini sui in corde hoc dicat, *sed amore vitiorum ac tædio perseverandi in officio & timore Domini*, ut rectè monet Augustin. Epist. 80. Si quis ergo suspicari velit ex dilatione reditus & ignoratione diei hoc provenisse, illi pulchrè respondet Chrysostomus homil. 78. in Matth. *non quia dies ille ignotus sit, sed quia ipse nequam hæc cogitat, quam enim ob rem nihil hujusmodi fidelis ille & prudens servus cogitavit? Quid enim refert miserime omnium, si Dominus tuus tardat, cum cum omnino venturum non ignores?* Ex antecedente igitur intelligitur consequens & ex affectu cordis malo illa verba mali servi æstimanda sunt. Hoc enim voluit dicere servus ille malus. *Cunctatur Dominus meus venire*, ideo non amplius expectabo ipsius reditum, non ero ulterius in officio præfecturæ vigil ac industrius, non amplius ministerium servi exercebo, sed autoritatem Domini mihi vendicabo. Interim talis fuit servi hujus securitas, quæ conjuncta fuit cum *hypocrisis*, quæ exterius eam obvelavit. Neque enim dicit cum Epicuræis & empæctis, *sibi nunc promissio adventus ejus*. 2. Petr. 3. v. 4. sed latentem in corde securitatem hypocriticè occultat. Primò quia non ore, sed in corde dicit, *cunctatur &c.* Secundo quia non dicit, *cunctatur Dominus vester redire*, sed meus Dominus, cupit adhuc pro frugi & fideli servo haberi, gloriatur se famulitio ab eo præfectum, ideoque potestatem Domini sui sibi arrogat. Tertiò non dicit, *nunquam redit Dominus vester*, sed *ἡρῆα ἐλθεῖν* moratur ac tardat reditum suum. Similes ergo sunt huic servo malo. Primo qui in corde suo statuunt, Christum tardare suum ad iudicium reditum, eumque non esse quotidie expectandum, quibus merito opponitur illud Apostolicum 2. Pet. 3. v. 9. *Non tardat Dominus promissum, ut nonnulli tarditatem hanc esse ducunt, sed patiens est erga nos nolens ullos perire, sed omnes ad penitentiam converti.* Secundo qui longos vitæ annos sibi adhuc pollicentur, dicentes in corde suo, *sedes percussimus cum morte & pactum fecimus cum inferno.* El. 28. v. 15. *Anima habes bona multa posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, letare* Luc. 12. v. 19, quibus merito opponitur illud:

Mors certa est, incerta dies, hora agnita nulli,  
Extremam quare quamlibet esse puta.

Sicut diem iudicii ideò Deus occultum esse voluit, ut singulis diebus eum expectaremus, ita quoque diem mortis incognitum esse voluit, ut eam singulis diebus expectaremus. Latet unus dies, ut observentur omnes.

Tertiò qui in Epicuræam securitatem projecti statuunt Christum nunquam ad iudicium rediturum & rationem de officio administrato exacturum. Quod si enim hypocritica eorum securitas, qui in corde suo dicunt, cunctatur Dominus meus venire, tanquam fons omnis mali hoc loco taxatur, quanto magis Epicuræa illorum securitas damnatur, qui vel in corde suo dicunt, vel etiam ore proferunt illam empæctatum cantilenam: Ubi nunc promissio adventus ejus? 2. Pet. 3. v. 4. Non videt Dominus nec intelligit Deus, Jacob Pl. 94. v. 7. oblitus est Deus, avertit faciem suam, non videbit perpetuo Pl. 10. v. 10. non est Deus Pl. 14. v. 1. Pl. 35. v. 1. &c. edamus & bibamus, cras enim moriemur (nec sequetur resurrectio, vel iudicium, in quo reddenda sit ratio) 1. Cor. 15. vers. 32. Tales Epicuræi, qui abjecto omni Deitismo, animarum immortalitatem, corporum resurrectionem, extremum iudicium & vitam æternam negarunt, in ipsa sede Romana fuerunt inventi, unde Panormitanus de illis scripsit, multos ejusmodi vitam agere, ut non sit verisimile illos vel resurrectionem mortuorum vel vitam æternam credere. De Johanne XXIII. Concilium Basiliense sess. 11. tom. 4. Conc. Venet. f. 294. hoc commemorat. Sape & sapius coram diversis Prælati & aliis honestis ac probis viris pertinaciter Diabolo suadente dixit, asseruit, dogmatizavit, vitam æternam non esse, neque aliam post hanc, quinimò dixit & pertinaciter credidit; animam hominis cum corpore extingui & mori instar brutorum animalium, dixit mortuum semel esse etiam in die novissimo minime resurrecturum. Plura ejusmodi exempla adducuntur suo loco.

2. Neglectus officii. Incipit percutere conservos &c. debebat conservis suis alimentum tempore oportuno distribuere, operas eorum urgere ac regere, fidelitatem & prudentiam in officio suo adhibere, sicut aliquandiu post abitum Domini sui fecerat, sed quia ex corde abjicit timorem Domini sui, nec cogitat inopinatum & repentinum ejus reditum, inde ex illa securitate oritur negligentia in officio, quod non amplius muneris sibi commissi partes fideliter exequitur, sed eas turpiter negligit. Imitatur igitur mores illorum ὀφθαλμοδιδασκων, qui lætantur dominum peregrè abire, ejusque absentia abusi operas sibi commissas negligunt. Similes hac in parte sunt servo huic malo pastores illi, qui se ipsos pascunt, gregem autem non pascunt, quod infirmum, non consolidant; quod ægrotum, non sanant; quod contractum, non alligant; quod errans, non reducant; quod perierat, non querunt &c. Ezech. 34. v. 2. & seqq. ut & Episcopi illi, qui docendi munus fastigio dignitatis suæ indignum æstimant, qui politicis ac quandoque etiam bellicis negotiis impliciti nullam ferè Ecclesiastici Ministerii partem attingunt, quales multi imò posterioribus seculis plerique omnes Romani Pontifices fuerunt, quæ de re jure conqueritur Johannes Ferus in c. 16. Matt. Olim inquit, portenti instar habitum fuit, si pro Episcopo haberetur, qui non etiam re ipsa verum & proprium E-

piscopi munus exhibuisset, quod bodie plusquam monstri loco habetur, si quis exhibeat, quos cum temporum Natura, Scriptura, Ecclesia, Concilia, Pontifices, Patres, Cæsares, Superi, Inferi accuset, damnentque, quis est, qui absolvat?

3. Fastus, incipit percutere conservos. In quibusdam Codd. additur αὐτῶν, quod conforme textui Græco apud Euthymium, paraphrasi Syriacæ & versioni Latinæ vulgaræ. Emphasis ergo in eo est, quod incipiat percutere eos, quibus naturalis conditionis respectu non erat superior sed æqualis, suos scilicet conservos, quibus ex merâ Domini gratiâ, nec absoluti cujusdam dominii ratione, sed certo respectu ad ipsorum utilitatem erat præfectus. Tribuendum igitur hoc fastui hujus servi, quod arrogat sibi potestatem Domini, incipit omnia pro lubitu in œconomia agere, ac conservis suis, quibus ipse naturali conditione nihilo melior, superbè dominari &c. Similes sunt huic servo illi Episcopi qui ad gradum Ecclesiasticæ dignitatis sublimiorem eveci redduntur fastuosi ac superciliosi, potestate suâ ad insolentiam abutuntur & superbè aliis omnibus sese præferunt, quo vitio in Ecclesiæ ministro Christum humilem prædicantem nullum est detestabilis. De fastu Romanorum Pontificum loquuntur Historiæ. Cum Johannes 22. ad Ecclesiam Græcam scriberet, unicam tantum esse Ecclesiam, cujus ipse sit caput & Christi vicarius, ac moneret, ut se illi subicerent, Græci breviter responderunt, referente Johanne de Mandevilla l. 1. c. 7. Potentiam tuam summam circa subditos tuos firmiter credimus, superbiam tuam summam tolerare non possumus, avaritiam tuam satiare non valemus, Diabolus tecum, quia Dominus nobiscum. Crantz. lib. 8. c. 36. memorat, quod Bonifacius VIII. in jubilæo primo die apparuerit in habitu Pontificali, ac die sequenti habitu Imperiali in fusa Cæsareâ insignis dixerit: Ego sum Papa & Cæsar, cæleste ac terreste imperium habeo. De Paulo II. refert Platina in ipsius vita, quod publicè progrediens mitram gesserit, in qua multæ opes coemtis omnis generis preciosis lapidibus, quodque inspici ab hominibus & admirationi haberi voluerit.

4. Crudelitas. Incipit percutere conservos, quod Luc. 12. v. 45. sic effertur, incipit percutere servos & ancillas. Verbum ἡγοῦσα non est eo sensu accipiendum, quasi actum percutiendi duntaxat inchoatum, non autem perfectum & consummatum exprimat, sed quod à pristinis moribus degenerans pro cibis, quos antea distribuere solebat, plagas & verbera conservis distribuere cœperit. Percutiendi vocem Theophyl. in h. l. accipit sensu metaphorico. Percutit, inquit, conservos offendendo scandalis & illorum conscientiam verberat, subditi enim videntes principes donis Dei malè uti scandalizantur. In hac significatione verbum τῶν ἄλλων ponitur 1. Cor. 8. v. 12. peccantes in fratres & percutientes sive vulnerantes infirmam ipsorum conscientiam in Christum peccatis. Possent etiam accipi de linguæ verberibus sive conviciis, de quibus Chryostomus homil. 10. in 1. Tim. 3. accipit Apostolicum illud: Episcopus non sit πλῆκτης, sed in sensu literalis hujus parabolæ propria significatio retinenda, quæ etiam in applicatione locum habere potest, eidemq; metaphoricâ significatione in accommodatione conjungi. Exprimitur enim hoc verbo crudelitas & tyrannis mali illius servi, quod cœperit conservos suos vexare, pulsare, injuriâ

injuriâ & plagis afficere, non tantum non cibare, sed etiam opprimere & injustè tractare, ac potestate ad ædificationem & commodum fervorum sibi datâ ad eorum oppressionem Tyrannicè abuti. Similes sunt huic servo illi Ecclesiæ Prælati, primò qui non tantum cœlestis doctrinæ pabulum commissio fidei suæ populo non distribuunt, sed etiam pravæ vitæ exemplo eos seducunt & conscientiam ipsorum vulnerant. Secundò qui cum austeritate & severitate ovibus imperant Ezech. 34. v. 4. qui ministerium justæ correptionis convertunt in armaturæ, nec severitatem disciplinæ & correctionis temperant mansuetudine lenitatis. Tertio qui excommunicationibus injustè adversus populum sæviunt. Auctor operis imperf. homil. 51. in Matt. *Percutere est injustè percutere. Qui autem propter justam causam percutit, etsi percutiat, percutere non videtur. Percutit enim, non ut suum dolorem vindicet, sed ut illius animam salvet &c. Sicut justa ira non est ira, sed diligentia, sic justa percussio non est percussio, sed correctio.* Quartò qui suâ ad Tyrannidem abutuntur, quod Pseudo-Apostolis tribuitur 2. Cor. 11. v. 19. Quintò qui sunt *πληκται* ad verbera incutienda promti. 1. Tim. 3. v. 3. quique sunt *ὄργιστοι* iracundiæ suæ frena laxantes Tit. 1. v. 7. Sextò qui fideles servos & constantes Christi confessores bonis suis exuunt, in exilium pellunt, vel politico Magistratui eos divexandos & mactandos tradunt. Qualem crudelitatem & dominatum Tyrannicum Romani Pontifices hætenus exercuerint, publicè notum est. Alexander III. Frederici Barbarossæ Imperatoris collum pede premens acclamari sibi à Clero jussit: *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Joh. Stella in Alex. 3. pag. 27. Franciscum Dundalum Venetiarum Ducem Cretæ Cyprique Regem catenis vincitum infra mensam, ut instar canis ossa liguriret, Papa abjecit. Sabellic. ennead. 9. lib. 7. Quanti sanguinis Christiani rivi instinctu Pontificum in variis regnis & provinciis sunt effusi! quot hominum millia in bellis ab ipsis excitationis interfecta?

5. *Luxus.* Incipit etiam *comedere & bibere.* Quidam Codd. legunt *ἐσθίου τε καὶ πίνω.* Theophyl. legit *ἐσθίου καὶ πίνω*, sed probatiorès Codd. habent *ἐσθίου καὶ πίνω*, ubi particula *καὶ* est *ἀντιπροσπικτική*, non solum incipit *percutere servos*, sed in super etiam *comedere & bibere.* Quidam putant his verbis illud duntaxat significari, quod malus hic servus abjectâ officii curâ tempus manducando ac bibendo, otiano & genio suo indulgendo consumserit, quod vigilantia labori ac sollicitudini in peragendis muneris commissi partibus tribuendum erat. Huic sententiæ favet, quod Christus non dicit, servum hunc cœpisse vorare ac potare, crapulâ & ebrietate cor suum gravare, sed *manducare & bibere*, Et sanè si vel maximè manducatio non ad ingluviem, nec bibitio ad ebrietatem progrediat, quâ rationis & sensuum usus penitus obruatur, sufficit tamen ad servi accusationem, si otio sese tradat & ad obeundas officii sui partes deliciarum usu ineptum sese reddat. Sed quia securitas & neglectus officii jam antè in hoc servo fuere reprehensa, ideo per hanc *ἀντιπροσπικτική* rectius intelligitur describi luxuria & intemperantia hujus servi, quod scilicet *seculi malis ac vitiis, crapula & ebrietati sese tradiderit, presentium*

*tantum curam in cultu ventris exercens*, ut loquitur Hilarius can. 27. in Matth. Difertè enim additur, quod cœperit manducare & bibere *καὶ μεθύσκειται cum ebriosis* sive ebrietati deditis ac ad ebrietatem usque potantibus, quo sensu vox *μεθύσκειται* usurpatur 1. Cor. 11. 2. 1. Thess. 5. 7. cum quibus dubio procul vino sese ingurgitavit. Usitatum insuper est in Scripturis, per *manducare & bibere* exprimi immoderatum cibi potusve usum Ex. 32. v. 6. 1. Cor. 10. 7. in qua significatione etiam hoc loco verba illa usurpantur, patet ex eo, quòd de eodem servo dicitur Luc. 11. v. 45. *cœperit edere & bibere & μεθύσκειται inebriari.* Quia verò ad luxum quotidianum magni requiruntur sumtus, ideo ex hoc ipso, quod servus cœperit manducare & bibere cum ebriis intelligendum, relinquitur, quod bona Domini fidei suæ concedita in privatam usum, non autem ad conservorum alimentationem converterit, quòd substantiam Domini sui in comestationes ac voluptates impenderit. Cumque ex ebrietate omnis generis vitia, præsertim verò libidines originem ducant, juxta illud Hieronymi ad Oceanum. *Venter mero estians cito despumat in libidinem. Ubi ebrietas, ibi libido dominatur & furor*, ex eo intelligendum relinquitur, quod hic servus devoraverit substantiam Domini sui cum meretricibus Luc. 15. v. 30. Similes ergo sunt huic servo illi Episcopi, primò qui conviviis & comestationibus cum neglectu officii vacant, qui sunt *πάρονοι καὶ τῶ ὄνω μεθύσκειται* 1. Timoth. 3. v. 8. qui vino assident ad perpotandum ac pergracandum. Secundò qui scortationibus & vagis libidinibus sese polluant, *ex membris Christi facientes membra meretricis* 1. Cor. 6. v. 15. Tertio qui dilapidant bona Ecclesiæ in usus pauperum impendenda, qui *luxuriantur ex eleemosynis* 2. Pet. 2. v. 13. qui patrimonium Christi convertunt ad alendos canes, equos, scortorum greges, quales in ipsa sede Romana complures fuisse, Historiæ testantur. De Innocentio VIII. memorat Volaterranus, quod palam liberos nothos jactaverit, ac solutâ antiquâ disciplinâ divitiis eos omnibus cumulaverit. Johannes XIII. in adulterio deprehensus & confossus est, referente Sigeberto Anno 963. Johannes XXIII. in Conc. Constant. accusatus est, quod cum uxore fratris sui, & cum Monialibus incestum commiserit, quod virgines stuprârit & cum conjugatis adulteria perpetrârit. Plura hujusmodi exempla commemorat Dn. D. Hoë in cap. 2. Apocal. p. 270. In quos usus Episcopi Pontificii plerique bona Ecclesiastica impendant, omnibus norum est atque obvium. 6. *Consortium cum malis.* Incipit edere & bibere *cum ebriis.* Quia malus ipse & ebriosus, ideo malis & ebriosis sese associat, negligit societatem conservorum, introducit ebrios in domum Domini sui ac malis familiariter conversatur. Sic ergo & infidelis est & insipiens, quâ in parte priori servo vel potius sibi ipsi ratione prioris conversationis opponitur. *Insipiens* est, quia bona Domini sui in voluptates & comestationes impendit, curam officii negligit, de alienis luxuriatur. *Insipiens* est quia non cogitat Domini sui reditum, non expendit rationem sibi reddendam esse, non distribuit familiaritatem oportuno tempore. Similes sunt huic servo, qui cum personis flagitiosis & infamibus conversantur, qui delectantur consortio pravorum 1. Cor. 15. v. 34. quales etiam in sede Romana inventi

inventi sunt Pontifices, qui cum morionibus & histronibus conversari maluerunt, quam cum pie eruditis, quem Romanorum Pontificum comitatum & consortium pulcrè describit Bernhardus lib. 4. de considerat. Col. 103. *Hi* (Papæ eubicularii ac ministri, in obsequium ejus diversis officii deputati, qui familiarium eum visitant, frequentius pulsant, molestiusque sollicitant) ante omnia sapientes sunt. ut faciant mala, bonum autem facere nesciunt. *Hi* invisi terræ & cælo, utriusque injecere manus impij in Deum, temerarii in sancta, seditiosi in invicem, emuli in vicinos, inhumani in extraneos, quos neminem amantes amat nemo & cum timeri affectant ab omnibus, omnes timeant necesse est. *Hi* sunt, qui subesse non sustinent, præse non norunt, superioribus infideles, inferioribus importabiles: *Hi* invertecundi ad petendum, ad negandum frontosi. *Hi* importuni ut accipiant, inquieti donec accipiant, ingrati ubi acceperint. Docuerunt linguam suam grandiloqui, cum operentur exigua. Largissimi promissores & parcissimi exhibitores. Blandissimi adulatores & mordacissimi detrectatores. Simplicissimi dissimulatores & malignissimi proditores &c. Inter hæc tu passim procedis deauratus, tam multa circumdatus varietate.

Oves quid capiunt? Si auderem dicere, Demonum magis, quam ovium paucæ hæc &c. Idem lib. 1. de considerat. col. 1014. conqueritur ad Curiam Romanam de toto orbe confluentibus ambitiosos, avaros, Simoniacos, sacrilegos, concubinariorum, incestuosos & quæque ejusmodi monstrum hominum, ut ipsius auctoritate vel obtineant honores Ecclesiasticos vel retineant sicque Papam servare iniquitati.

Atque hæc est graphica descriptio mali & infidelis servi, ex qua observari potest. 1. Christo non fuisse ignotum, quales futuri essent in novissimis temporibus mores multorum Ecclesiæ prælatorum, quia verba hæc non solum doctrinam ac dehortationem, sed etiam futurorum prophetiam ac prædictionem continent. 2. Multos Ecclesiæ præfectos initio rectè se gerere, officium suum fideliter administrare, reditum Domini vigilanter expectare, sed progressu temporis à seipsum degenerare & quia reditum Domini differri vident, negligentes in officio reddi. 3. Ex hoc fonte omnem impietatem oriri, quod homines dereditu Christi ad judicium vel dubitant vel eundem longè adhuc abesse cogitant, atque inde redduntur securi & impunitatem sibi pollicentur exemplo Israelitarum Ezech. 12. v. 22. *Beatus* igitur qui omni satagit cura malorum omnium primam parentem cavere incuriam, ait Bernhardus lib. 3. de considerat. col. 1033. 4. Dominum non tardare reditum suum. 2. Petr. 3. v. 9. *Iniqui enim* servi hæc de tarditate sententia est, propter quam etiam accusatur. *Quod* verò non tardet, Paulus quoque confirmat, dicens. Dominus prope est Phil. 4. v. 5. & qui venturus est, veniet, non tardabit. Hab. 2. v. 3. Chrysostom. homil. 78. in Matt. quò referri etiam potest illud Apostolicum Hebr. 10. v. 37. adhuc modicum, quantum quantum sit, & qui venturus est, veniet & non tardabit. Rationem, quare Dominus non tardet reditum, exponit Petrus 2. Epist. 3. v. 8. quia mille anni apud ipsum, sicut dies unus. 5. Omnium peccatorum in Ecclesiæ præfectis esse duo præcipua capita videlicet tum factum

litis auditorum fidei suæ commissorum neglectum, tum propriorum commodorum & voluptatum studium, sicut contra fideles Ecclesiæ ministri sua commoda negligunt, auditorum verò salutem unicè quaerunt. 6. Peccandi audaciam in securis & impiis subinde crescere. Sicut semel incitata Tyrannis, ita quoque semel inflammata peccandi cupiditas non potest consistere, sed longius subinde progreditur, donec hominem in exitium perducatur.

De hoc mali servi exitio Christus porro in sequentibus agit, quando mali illius servi notis ejusdem pœnas subjungit, quarum prima est, *spei frustratio*. Veniet Dominus servi illius in die, quo non expectat & horâ, qua ignorat. Perfuaserat sibi infidelis hicce servus, DOMINUM suum morari reditum ac diu adhuc abfuturum, sed spe sua miserè frustratur, quia Dominus servi illius veniet, non ut lenis paterfamilias, sed ut severissimus iudex ad judicandum hunc servum & rationem ab eo exigendam. Et veniet quidem *in illa die*, posset etiam præpositio in Latina versione omitti, veniet illa die, *in illa die*, *non expectat*. προσδοκῶν proprie sumitur de expectatione rei alicujus desideratæ & dilectæ Matt. 11. v. 3. Luc. 1. v. 21. cap. 3. v. 15. cap. 7. v. 19. cap. 8. v. 40. &c. unde vulgata h. l. reddidit per sperare, eit ergo in eo quædam ἀκυρολογία, quia inopinatus & repentinus Domini reditus non fuit huic malo servo gratus, sed maximum ei incussit terrorem. Syrus igitur illud προσδοκῶν hoc loco reddidit per *cogitavit, putavit*. Veniet etiam *in illa hora*, qua ignorat vel qua non cognoscit, h. e. qua non putat eum venturum, sed potius statuit, eum adhuc longè abesse. Commune est bono & malo servo, quod Dominus venit hora ea, qua neuter ipsorum noverat eum venturum, sed illa ignorantia in servo bono conjuncta est cum perpetua reditus expectatione, in malo autem servo conjuncta est cum securitate, qua statuit, Dominum suum vel nunquam vel certe non tam citò rediturum, ex antecedente igitur hic intelligitur consequens, ac non tam ignorantia, quam securitas ex illa ignorantia in malo servo occasionaliter & per accidens orta hic accusatur. Quidam in applicatione hujus pœnæ ad malos Ecclesiæ prælatos & in genere ad omnes securos subtiliter distinguunt inter diem & horam. *Sunt* (inquiunt) qui etsi diem ignorant, non tamen horam, id est, sunt, qui vitam sibi persuaserunt longam, tamen morti proximi cogitant Domini adventum, & respiciunt, quod magnum Dei beneficium est. Alii vero, qui usque ad extremum instans adventum Domini non animadvertunt, corripunturque in peccatis à Domino, hi nec diem nec horam noverunt. Toletus in cap. 12. Luc. Sed rectius statuitur diem & horam pro tempore hic accipi, sicut etiam in præcedentibus, quando Christus dicit, *de die illa & hora nemo novit, ne quidem Angeli &c.* Illud utilis observatur, quod hæc pœna servi mali ex ordine divinæ justitiæ optime respondeat ipsius culpæ. Putabat ille, Dominum moram facturum, sed Dominus venit inopinatò. Item quod hæc pœna servi mali meritò primo loco referatur, quia in hominibus securis & impiis origo omnium reli-

quarum pœnarum est, quod dies Domini vel etiam mors illos invenit imparatos.

Altera servi mali pœna est ejusdem à familia Domini separatio. Veniet Dominus *ἐν* *διχοτομῆσει* disseccabit eum. *διχοτομῆσει* proprie est in duas partes æquales dividere, per medium secare q. d. *διχοτέμνειν* postea generaliter usurpatur pro *secare, dividere*. LXX. usurpant pro *ἰσθμῶν* membratim dividere, in frustra secare Exod. 29. v. 17. *arictem secabis in frustra*, quod alibi reddunt per *μελί* *ἢ* *concideres, in μέλη* sive membra Lev. 1. v. 6. Jud. 19. v. 29. c. 10. v. 6. 1. Sam. 11. v. 7. 1. Reg. 18. v. 23. *διαιρέειν* dividere Lev. 1. v. 12. *κτενοποιεῖν* vel ut alii legunt *κτενοποιεῖν* in frustra concidere Lev. 8. v. 19. Quidam igitur statuunt, alludi hac voce ad supplicium apud gentes quasdam usitatum, quo patriæ proditores, pactorum violatores, ac perduellionis rei medii secabantur, cujus vestigia quædam extant 1. Sam. 15. v. 33. *Samuel concidit Agagem in frustra*, ubi in Hebræo est verbum *שׁוּב* quod semel duntaxat in tota Scriptura usurpatur, *concidit* sicut ligna finduntur, Dan. 13. v. 55. *Angelus Domini scindet te medium*, ubi in Græco est *διαιρέσει*, Justinus in Dial. cum Tryphone p. 114. Tertull. de patient. c. 14. Epiph. de vitis Prophet. &c. de Propheta Esaiâ memorant, quod terra lignea à Manasse dissectus sit, quò referunt verbum *ἐπιεισθῆσθαι* de Prophetis Vet. Test. usurpatum Hebr. 11. v. 37. Gellius lib. 20. Noct. Attic. c. 1. apud Romanos ejusmodi supplicium usitatum fuisse scribit, cui dimembratio in quatuor partes adhuc hodie usitata respondet. Statuunt igitur, Christum ad illud verbis hæc alludere ac pœnam æternam infidelibus ejusmodi servis, utpote gloriæ divinæ & salutis publicæ proditoribus debitam, parabolicè describere. Sed cum hoc supplicii genus ordinariè non fuerit apud Judæos usitatum ac notum, siquidem Thalmudistæ dicunt, quatuor duntaxat supplicia tradita fuisse domui judicii, lapidationem, combustionem, occisionem gladii & suffocationem sive strangulationem, ideò non est verisimile, Christum ad illud respicere. Quidam referunt hanc *διχοτομῆσει* ad divisionem animæ à corpore, quæ fit in morte, qua anima impiorum velut altera pars pœnis inferni statim post mortem adjudicatur. Sed animæ à corpore in morte separatio piis & impiis est communis, hic verò *διχοτομῆσει* speciem aliquam pœnæ gravissimæ describit. Quidam observant *διχοτομῆσει* vocari partes illas sacrificiorum, quæ in holocaustis igne absumebantur Genes. 15. v. 17. Exod. 29. v. 17. Lev. 1. v. 8. ut & frustra illa, quæ in ollam bullientem, iræ divinæ, adversus populum rebellem, symbolum, conjicienda erant. Ezech. 24. v. 4. Existimant igitur per hanc *διχοτομῆσει* parabolicè describi infernalis ignis supplicium, quo infideles servi ex justa Dei ira sint concremandi. Sed ex sequentibus præcipuè intelligitur, quid propriè & principaliter per hoc *διχοτομῆσει* Christus voluerit significare, statim enim additur & partem ejus ponet cum hypocritis, ergo *διχοτομῆσει* hic usurpatur pro *ἀποείλεν*, sicut etiam apud Homerum *ἰλιάδ.* *ἀποειλήσει* ponitur pro *ἀποχέσει* *ἢ* *ἔσθῃ*. Syrus reddidit per verbum *כָּלַף* quod significat dividere ac separare, unde *כָּלַף* rivus ex eo sic dictus, quod à fonte suo separatur. Varia autem ac multiplex est illa separatio, quæ infidelibus ser-

vis justo Dei judicio obtingit. Quemadmodum enim servus infidelis à familia, ab officio suo, à bonis Domini, à consortio fidelium servorum &c. separatur, sic mali Ecclesiæ prælati in morte & judicio separantur. 1. à beatifico Dei & Christi Mediatoris conspectu. 2. à sanctorum Angelorum & beatorum in cœlis consortio. 3. à Paradiso cœlesti. 4. à luce, gaudio, quiete & felicitate. 5. à laudis divinæ præconio &c. sicut in tract. de Inferno §. 42. & seqq. ex Scripturis sacris hanc damnatorum separationem latè demonstravimus. Origenes lib. 2. *τῶν* *ἀποχέσει* c. 11. *Dividet eum à donis, Spiritus sancti & ab Angelorum consortio*. Hilarius can. 27. in Matth. *Dividet eum à bonis, quæ spondentur*. Hieron. in cap. 24. Matth. *Dividet eum, non quo gladio eum dissecet, sed quo à Sanctorum consortio eum separaret*. Euthymius in h. l. *à dignitate eum separabit*. Atque hoc genus pœnæ itidem ex ordine divinæ justitiæ optime correspondet servi hujus culpæ. Quia enim malus hic servus sese divisit à pristina bonitate & moribus probatis, ideò etiam justo judicio à bonorum servorum consortio separabitur. Quia se divisit ab obœdientia Domino promissa ac debita, ideò etiam à familia & bonis Domini justè separatur. Dominus rediens distribuet servos in duas classes, quarum una complectetur bonos & fideles servos, altera vero malos & infideles, priorem secum retinebit & præmiis afficiet, posteriorem à se abdicabit & puniet. Quia ergo malus ille servus semetipsum jam antè à fidelium servorum classe separavit, ideò Dominus in suo reditu eum à se & familia sua separabit. Tertia servi mali pœna est cum hypocritis consociatio. Ponet partem illius cum hypocritis. Origenes d. l. per partem intelligit animam, quæ in morte à corpore separata dividitur à donis Spiritus sancti & Angelorum custodia. Si Spiritus divine Naturæ (inquit) id est, Spiritus sanctus intelligendus est, sentiemus hoc dicitur de dono Spiritus sancti, quod sive per Baptismum, sive per gratiam Spiritus, cum alicui sermo sapientiæ & sermo scientiæ vel alicujus alterius datus est doni & non rectè administratus, id est, aut ad terram defossus est, aut in sudario colligatus, auferatur ab anima donum Spiritus & pars reliqua, quæ superest, id est, anima substantiæ cum infidelibus ponatur, diversa ac separata ab eo Spiritu, cum quo adjungens se Domino unus Spiritus esse debeant. Si vero hoc non de Dei Spiritu, sed de anima ejus Natura intelligendum, pars melior illa dicetur, quæ ad imaginem & similitudinem Dei facta est, alia autem pars ea, quæ postmodum per liberi arbitrii lapsum contra Naturam primæ conditionis & puritatis assumpta est, quæ utique pars utpote amica & cara materia cum infidelium sorte multiplicatur. Sed cum in morte non pars solum anima, sed tota anima; in judicio non solum anima, sed etiam corpus impiorum consortio damnatorum sit conjungendum, ideò per partem rectius intelligitur vel fors, & conditio; vel portio & merces, utrumque enim phrasi Hebrææ convenit. Ponet partem ejus cum hypocritis, id est, dabit ei talem sortem & conditionem, qualis est hypocritarum, faciet eum consortem status, qui hypocritis competit, ita tractabit eum, quo modo hypocritæ tractari solent, dabit ei ejusmodi mercedem,

cedem, quæ dari solet hypocritis, quo modo vox partis accipitur. 2. Sam. 2. c. vers. 1. r. Reg. 12. vers. 16. 2. Paral. 10. v. 16. Jobi 20. v. 29. cap. 27. v. 13. cap. 31. vers. 2. Psal. 11. v. 6. Psal. 73. vers. 26. Nehem. 2. vers. 20. 2. Corinth. 6. v. 15. Col. 1. vers. 15. cum primum huc pertinet locus Actor. 8. v. 21. *non est tibi pars nec sors in sermone isto.* Quemadmodum enim in hereditate per sortem unicuique certa quædam pars obtingit, quæ ipsi sit propria & perpetua, sic infideli huic seruo pars stabilis & perpetua obtinget, sed dura admodum ac misera, quia cum hypocritis eandem sortem in æternum experiri & easdem cum illis pœnas sustinere cogetur, inde cum Euthymius in cap. 24. Matth. dixisset, *Servum ipsum, cum dicitur sic, partem appellari, mox subiungit commodiorem interpretationem, dabit partem, id est, sortem ejus cum hypocritis, sunt enim diversæ sortes piorum & impiorum.* Quid verò est, quod notanter dicitur malus hic servus cum hypocritis conjungendus? Rectè quidem respondetur nomen חָדָשׁ quod LXX per *κακοπραξία* simulatorem, habentem duntaxat speciem externam pietatis, reddiderunt Job. 34. vers. 30. c. 36. vers. 13. alibi ab eisdem redditum per *ἀσεβῆς* impius Job. 8. vers. 13. cap. 15. vers. 34. cap. 27. vers. 8. Prov. 11. vers. 9. Elai. 33. vers. 14. & *ἀνομιον* iniquum. Elai. 9. vers. 17. cap. 10. vers. 6. cap. 32. vers. 6. cum simulata sanctitas duplex sit impietas, atque in eo sensu vocem hypocritæ etiam hoc loco accipi posse, *dabit ei partem cum hypocritis*, id est, cum reliquis impiis, sicut Luc. 12. vers. 46. dicitur, *ponet partem ejus μετὰ τῶν ἀσεβῶν cum incredulis & infidelibus, qui fidem Deo non servarunt, interim propria hujus vocis significatio optimè retineri potest.* Verè enim malus ille servus fuit hypocrita, quia fuit *ὁδομαυδῆς* Ephel. 6. vers. 6. præsentem Domino industriam sese præbuit ac se perpetuò talem fore pollicitus est, sed post abitum Domini longiore reditus mora abusus à seipso degeneravit; quod ore ac munere professus est, non executus est opere, gessit se pro dispensatore, cum tamen fuerit dissipator, quæ profectò est pessima hypocritis. Gregor. part. 2. curæ pastoral. cap. 6. *Inter hypocritas jure deputatur, qui ex simulazione discipline ministerium regiminis converterit in usum dominationis.* Præterea cum in cap. proximum præcedente. 23. Matth. Christus durissima adversus Scribas & Phariseos, quos toties hypocritas nominaverat, protulerat, ideo quando hunc servum cum hypocritis consociandum dicit, significat malos Ecclesiæ Præpositos eadem manere supplicia, quæ Scribis & Phariseis hypocritis ibi fuerat comminatus, quibus toties *væ* illud ingeminaverat eosque majorem damnationem accepturos prædixerat. Nec absurdè cogitatur, voce hypocritarum insinuari, quod Pontifices Romani posterioribus Ecclesiæ seculis Tyrannicum suum dominatum hypocritis sint obvelaturi, dum enim superbe & Tyrannice dominantur, nihilominus sese *seruus servorum* vocant, unde nati versiculi. *Roma tibi suberant oculum Domini dominorum, servi servorum nunc tibi sunt domini.* Potest etiam hoc notari, quod Job. 13. vers. dicatur, *non venit in conspectum Dei omnis hypocrita*, quare cum in præcedentibus Christus dixisset, servum malum esse dividendum, id

*Harm. Tom. II. vel Gerbaridi Cont. pars secunda.*

est, separandum, jam subiungit, *partem ejus ponendam cum hypocritis*, i. e. separandum esse à beatifica Dei visione, quæ pœna omnes hypocritas manet. Porro etiam hæc mali servi pœna optimè congruit ordini divinæ justitiæ. Quia enim servus ille malus consociaverat sese ebriis in malis operibus, ideo etiam meritò illorum pœnis sociatur, siquidem socii in culpa erunt etiam socii in pœna. Quarta denique servi mali pœna erit *in carcerem inferni detrusio. Ibi erit fletus & stridor dentium.* Hanc esse propriam & Christo usitatam supplicii infernalis descriptionem patet ex Matth. 8. v. 12. cap. 13. v. 42. & 50. c. 22. v. 13. cap. 25. v. 30. Luc. 13. v. 28. ex quo manifestum, Christum hic non amplius parabolice de pœnis servi mali loqui, sed à parabola transire ad rem per parabolam significatam, atque eo ipso ostendere finem & scopum totius parabolæ, videlicet quod non de terreni cujusdam, sed cœlestis Domini servis, nec de œconomis humana, sed Ecclesiastica: nec de pœnis servorum malorum temporalibus & corporalibus, sed spiritualibus & æternis loquatur. Cum enim tam clara fuerint singula parabolæ hujus membra, ut de applicatione ex primò statim intuitu constare cuivis possit, ideo prætermissa reliquorum membrorum explicatione in describendis mali servi pœnis ad illud, quod per parabolam significaverat, immediate transit, cujus transitionis simile exemplum habetur Matth. 22. v. 13. cap. 25. v. 13. Est autem hæc perquam graphica pœnarum infernalium descriptio, qua tota & universa infernalium miseriarum congeries *επιτοιμίαις* exprimitur. Fletus dolorem; stridor dentium livorem arguit. Fletus orietur ex sensu mali proprii, stridor dentium ex cogitatione boni alieni. Fletus erit ex ardore, stridor dentium ex horrore. Fletus ob ignem, qui non extinguitur; stridor dentium ob vermem, qui non moritur. Flebunt damnati propter separationem à bonis, stridebunt dentibus propter consociationem cum malis. Confer tract. de Infern. §. 47. Quidam ex eo, quod *fletus & stridoris dentium* hic fit mentio, quæ non nisi in animabus *ἐνομιμαρῶν* locum habent, colligere voluerunt, Christum hic non agere de pœnis, quæ manent malos Ecclesiæ præpositos statim post mortem, sed quas in die judicii experientur, quando audire cogentur unà cum reliquis impiis Matt. 25. v. 41. *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Sed ex Luc. 16. vers. 23. manifestum est, etiam animabus separatis sua quædam membra & in illis suos quosdam cruciatus tribui, cum animæ divitis epulonis oculi & lingua tribuantur. Theophylactus in cap. 13. Matth. *Habet etiam anima spirituales dentes. Tunc enim anima stridebit illis, hoc est, operativas suas virtutes conteret, eò quod hæc fecerit.* Usitatum enim est in Scripturis spiritualia per corporalia, æterna per temporalia, invisibilia per visibilia per quandam *συγκρίσιν* describi. Cæterum etiam hæc pœna ex ordine divinæ justitiæ seruo malo irrogatur. Quia enim conviviis & comestationibus indulgit, ideo pro voluptatibus jam sentit cruciatus, jubila convertuntur in fletum & gaudia in stridorem dentium. Quemadmodum infidelis servus non solum ab officio removetur, sed etiam in ergastulum concluditur in eoque torquetur: sic mali Ecclesiæ Prælati non tantum ab officio suo & Dei

Yyy 2 con-



pestantes & strenui milites hostis irruptionem metuentes non unâ tantum noctis horâ, nec unâ tantum noctis parte, sed singulis horis & partibus noctis excubias agunt & quia uni perpetuò vigilare durum, tempus excubiarum inter se dividunt: ita fidelibus Christi servis & spiritualibus militibus convenit, ut in perpetuis versentur excubiis, ac parati sint quocumque tempore Dominus domus venerit. Per *Dominus domus* intelligitur Christus Ecclesia sanguine suo acquisita, quæ *domus Dei* est 1. Timoth. 3. vers. 16. paterfamilias ac Dominus Hebr. 3. vers. 6. Per *adventum Domini* primariò ac principaliter reditus Christi ad iudicium, secundariò hora mortis, per quam Christus nos ex hoc mundo evocat, intelligenda. Per *noctem* totum vitæ mortalis tempus, quæ respectu ad lucem vitæ æternæ habito, meritò nocti comparatur. Per *quatuor noctis partes* quatuor hominis ætates, sed accommodatio variat. Theophylactus in cap. 13. Marci per *vesperam* statuit intelligi senectutem, per *noctem mediam* ætatem mediam ac florentem, per *gallicinium* adolescentiam, per *manu* pueritiam. *Tardè quidem* (inquit) *tunc adest finis, quando quis in bona senectate moritur. Mediâ autem nocte, cum mediam ætatem peregerit.* In gallicinio autem, quando in nobis ratio completa fuerit. Gallus enim ratio est, quæ nos à somno excitat & stuporem repellit. Cum igitur puer incipit juxta rationem vivere & sapere, tunc gallus ei canit, ante gallicinium autem omninò puerilis ætas est. Alii verò ordine inverso progrediuntur, ac per *seruum* intelligunt pueritiam, per *mediam noctem* tempus media vitæ, & ipsam juventutem, per *gallicinium* senectutem, per *manu* vitæ exitum. Nam ut *seruum* initium noctis, sic pueritia initium mortalis vitæ; & ut *manu* exitus noctis, sed initium lucis, sic exitus vitæ principium diei æternitatis, inter quæ aliæ intermedia ætates currunt. Possent etiam hæc quatuor partes noctis accommodari ad quatuor ætates mundi, sed non opus est de particulari singulorum membrorum applicatione multum laborare, sufficit, si principalis scopus teneatur, qui in eo consistit, quod pii per totum vitæ tempus vigilare & adventum Domini expectare debeant, sicut servi per totum noctis decursum excubias agunt, sicque per quatuor noctis partes non tantum quatuor hominis ætates, sed etiam singulæ ætatum partes, id est, anni ad quamvis ætatem pertinentes, quinimò singula temporum momenta, id est, dies & horæ ad annos cuiusque ætatis pertinentes intelliguntur, nescimus enim, quæ ætate, quo ætatis anno, quo anni die, qua diei hora, quo momento Dominus venturus sit vel ad iudicium, vel ut per mortem nos evocet.

2. *Periculi exaggeratione*, nesci venerit repente, præter opinionem & expectationem vestram, offendat vos dormientes καθεύδοντες, quod plus est, quam εὐδοκίας Jon. 1. vers. 5. Matth. 26. v. 40. & c. Intelligitur autem hoc loco spiritualis sopor, ne offendat vos stertentes in peccatis, in securitate & impoenitentia, negligentes in officio, vacantes otio, & luxui, adeoque prorsus imparatos, id quod cum præsentissimo salutis periculo conjunctum foret, Matth. 13. vers. 25. καθεύδοντες usurpatur de profundo illo securitatis somno, quo homines

Harm. Tom. II. vel Gerhard. Contin. pars secunda.

oppressi tenentur, quando Satanas spargit zizania in Ecclesiæ agro. Ephes. 5. v. 14. 1. Thess. 5. v. 6. usurpatur de veterno peccatorum, quando homines peccatis suaviter & supinè indormiunt, quæ significationes huic loco accommodari possunt. Sirac. 22. vers. 7. ἐργάζεσθαι καθεύδοντες ἐκ βαθέως ὑπνῶν. Ergo, qui profundo somno tenentur, propriè dicuntur καθεύδοντες. Usurpatur etiam à LXX. Interpp. de hominibus in terræ pulvere dormientibus Psalm. 87. vers. 5. Dan. 12. vers. 2. quod itidem huc accommodari potest: ut sit sensus, vigilate, ne Dominus vester repente veniens offendat vos in peccatis mortuos Ephes. 2. vers. 1. sicque ex morte, spirituali peccatorum in mortem æternam incidatis. Propositionem denuo repetitam amplificat Christus objecti dilatatione. *Ceterum, quæ dico vobis, omnibus dico, vigilate.* Syrus & Latinus verterunt in singulari, id, quod vobis dico, sed Græci Codd. constanter legunt in plurali à ὑμῖν λέγω, respectus enim habetur ad totam concionem præcedentem, quæ ad vigilantiam eos excitare voluit. Quæ vobis quatuor discipulis, qui quæstionem de excidio Hierosolymæ & consummatione sæculi mihi proposuistis Marc. 13. vers. 3. hæcenus dixi, ea omnibus dico vel dicta volo. Syrus repetit vocabulum vobis, ea vobis omnibus dico, sed in Græco textu illud rectè omittitur, sensus enim est, quod hæc dicta velit non tantum quatuor discipulis, à quibus interrogatus fuerit, sed omnibus etiam reliquis Apostolis, qui procul dubio postmodum intervenerant, cum Christus prolixam hanc concionem inchoasset, nec solum Apostolis, sed etiam omnibus piis tunc temporis viventibus, non tamen præsentibus, ad quos per prædicationem Apostolorum hæc deferri voluit; nec solum piis tunc viventibus. sed etiam postea victuris usque ad finem sæculi. nec solum piis & fidelibus, sed etiam omnibus Christianis externa societate Ecclesiæ conjunctis; nec solum omnibus Christianis, sed etiam omnibus omnino hominibus, ad quos scripto hanc concionem Apostoli deferre debebant. Quæ enim à Christo in diebus carnis ad Apostolos dicta, ea sunt in triplici differentia, quadam enim sunt mandata personalia, quæ ad solos Apostolos pertinent, ut Matth. 10. vers. 5. *In viam gentium ne abieritis vers. 9. nolite possidere aurum, nec argentum, nec pecuniam in zonis vestris &c.* Quædam sub persona Apostolorum omnibus Ecclesiæ ministris ipsorum in docendi munere successoribus sunt dicta, utpote Matth. 28. vers. 19. *predicabunt Evangelium, baptizate,* Luc. 24. vers. 47. *predicabunt penitentiam & remissionem peccatorum &c.* quædam verò sub persona Apostolorum omnibus fidelibus, imò omnibus hominibus sunt dicta, ut Matth. 5. v. 16. *Luceat lux vestra* Luc. 21. v. 34. *Cave te, ne corda vestra graventur crapula.* Ad hanc tertiam classem pertinet præceptum de vigilantia, quam Christus ab omnibus omnino hominibus requirit, quæ ergo h. l. Apostolis dixit, ea in persona Apostolorum dixit omnibus illis, qui temporibus Apostolorum in mundo ante nos vixerunt, dixit nobis omnibus qui post Apostolorum tempora in mundo vivimus, dixit omnibus illis, qui post nostra tempora in mundo sunt victuri; dixit ea toti corpori Ecclesiæ, dixit toti generi

Yyy 3 huma-



humano, ad ipsorum tunc consolationem, tunc admonitionem. Voluit autem Christus hac epiphonemata & emphatica repetitione uti 1. ut ostenderet præcepti hujus de vigilantia necessitatem. Nunquam satis dicitur, quod nunquam satis dicitur, Christus igitur tribus distinctis vicibus in hac unica concione præceptum vigilantia repetens ostendit rem maximè seriam & omnibus summè necessariam hic requiri. 2. ut insinuaret præcepti hujus amplitudinem. Ne quis enim cogitaret, parum vel nihil ad se pertinere, quæ Apostolis hic dicta & inculcata, ideo notanter addidit, omnibus hæc esse dicta, ut omnes intelligerent se in persona Apostolorum fuisse præmonitos. Hieronymus in h. l. *Hoc sine concludit sermonem, ut commune omnium præceptum novissimi per primos audiant.* Quamvis enim non omnes victuri sint eo tempore, quo Christus venit ad iudicium, ad omnes tamen pertinet vigilantia præceptum, quia dies iudicii unicuique venit, cum venerit ei mortis dies, ut talis hinc exeat, qualis iudicandus est illo die. *In quo enim quemque invenerit suus novissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi novissimus dies, quoniam qualis quisque die isto morietur, talis in die illo iudicabitur.* Augustinus Epist. 80. 3. ut innueret circa finem mundi supinam fore hominum securitatem, per quam præceptum hoc vigilantia pedibus sit conculcandum Matth. 24. vers. 38. 1. Thess. 5. vers. 3. Quemadmodum enim in diebus Noæ non solum domestici Noæ, sed in genere omnes homines de imminente diluvio per fabricationem arcæ admonebantur, sed admonitionem istam parum curabant: Ita quoque hac iudicis Christi voce omnes ad vigilan-

tiam excitantur, sed pauci eam audiunt & admonitioni huic locum relinquunt. Colligitur autem ex his Christi verbis. 1. Apostolos mandatum scribendi à Christo accepisse. Quia enim in persona ipsorum omnibus à Christo dictum, ut vigilent, & verò Apostoli non erant usque ad diem novissimum victuri, ex eo facile intelligere poterunt, præceptum hoc vigilantia in literas redigendum, ut scripto ad omnes omnium seculorum homines propagetur. Matth. 28. vers. 19. 2. Admonitiones Prophetarum, CHRISTI & Apostolorum in Scripturis sacris annotatas non ad eos solum pertinere, quibus viva illorum voce sunt proposita, sed ad omnes omnium temporum homines Roman. 15. vers. 4. 1. Corinth. 10. vers. 11. 2. Timoth. 3. vers. 16. &c. 3. Verbum illud CHRISTI *vigilate*, semper auribus nostris insonare debere, cum breve compendium eorum omnium, quæ toto vitæ tempore cogitanda & præstanda, nobis exhibeat. Quam necessarium est illud vigilare, tam cito oblivioni à nobis datur, caro enim nostra ad curas & delicias hujus vitæ nos illicit ac dormire nos facit, inde Christus toties nobis exclamat: *Vigilate, Vigilate.* Chrysost. homil. 78. in Matth. *Hæc res, ut semper vigilemus, præcipuo illi est studio atque cure.* 4. In omni ætate requiri, ut vigilemus, pietati vacemus, officium nostrum sedulo faciamus, ac reditum Domini vigilanter expectemus, ut quando venerit, paratos nos offendat & æternam gloria coronam nobis imponat.


*Qui vigilare jubes, scelerum depelle soporem, CHRISTE vigil custos da vigilemus. Amen.*

CAPUT CLXIII.

CHRISTUS PARABOLAM DE DECEM VIRGINIBUS APOSTOLIS SUIS PROPONIT.

MATTH. 25. v. 1.

RATIO ORDINIS.

 Connexionem cum præcedentibus ostendit Matthæus per particulam *tota*. Veniet dominus servi illius in die, quo non expectat, & horâ, quâ ignorat, tunc simile erit regnum cælorum decem virginibus, id est, in subitaneo illo & improvisto meo ad iudicium adventu tale quid accidet in Ecclesia, quale contigit vel contingere posset decem virginibus adventum sponsi expectantibus, quarum quinque ad gaudia nuptiarum inermittuntur, quæ scilicet lampades suas oleo instructas habuerunt, quinque reliquæ à nuptiis excluduntur, quæ scilicet sponso subito adveniente lampades suas oleo sufficiente nondum instruxerant. Neque quidquam apud reliquos Evangelistas occurrit, quod huic parabola in serie concionum Christi præmitti debeat. Potest autem hæc connexionis series multis utiliter nos monere. 1. Christus in præcedentibus dixerat & aliquoties repetiverat, *vigi-*

*landum esse*, Matth. 24. v. 42. Marc. 13. v. 33, 35. & 37. Luc. 22. v. 36. Quia verò probè novit, nos ex carnis infirmitate in vigilando desides ac remissos esse, ideo hoc vigilantia præceptum denuò repetit, ejusque necessitatem elegantissimâ parabolâ ob oculos ponit. In prudentibus virginibus utile ac lætum vigilantia consequens; in fatuis tristem ac noxium carnalis securitatis effectum demonstrat. Quod enim hic sit principalis hujus parabola decem virginibus scopus, ostendit *ἐπιφώνημα* ac subjectum epiphonema, *Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam, in qua Filius hominis venit.* Sic ergo hæc est tertia parabola, qua nos ad vigilantiam exhortari voluit. Prima petita fuit à patrefamilias adversus furis irruptionem vigilante. Altera à servis reditum Domini sui vigilanter expectare iussis. Tertia jam petitur à decem virginibus sponso adventum vigilanter expectare obstrictis. Mox aliam subjungit parabolam de talentis inter servos patris.